
image
not
available

42
4 L
3

P. Licini ad simpliciter ofum L 853

VIRGILII CHRISTIANI

OPUS

PETRI ANGELI SPERÆ U. J. D.

Nova Impressione restauratum à J. C.

DON FRANCISCO DE VILLEGAS

DE PASSIONE

D. N. JESU CHRISTI

CARMINA

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOM.

THOMÆ BONAVRÆ

EX COMITIB. DE GHERARDESCHIS

ARCHIEPISCOPÒ FLORENTIÆ

DICATA.

FLORENTIÆ. MDCCV.

Typis Vincentii Vangelisti. *Superiorum licentia.*

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOM.

THOMÆ BONAVENTURÆ
EX COMITIB. DE GHERARDESCHIS
ARCHIEPISCOPO FLORENTIÆ

J. C. DON FRANCISCUS VILLEGAS

Felicitatem precatur.

MAgnum Infantia ſua Mecenatem invenit Chriſtianus hic Virgilius cum primum lucem vidit, Apoſtolicæ nimirum Sedis umbra protectus, poſt grandior factus clementiſſimam in-

Augustissimo Hispaniorum Rege sortitus tutelam est: Cujus videlicet auspiciis magna emensus itinerum spatia tuum tandem jure quodam suo recipere se gessit in sinum; Patere igitur, Illustrissime, & Reverendissime Domine facilius soles, hanc Sacræ Poeseos clientelam, & officio ne desis qui deesse Tibi claritate sanguinis, & virtutis non potes. habes profecto in hisce carminibus in quo foveas sapientiam, habes in argumenti sanctitate in quo religionem colas. Equidem plus penè dixerim Virgilio debes, quod Te tot nominibus Patronum adoptet, quam virtuti Tuæ, quod omnium amorem Tibi devincias, hæc ut accedere ad Te cuperem effecit, ille animos addidit ut auderem. Jam clemens accipe quod exhibeo, futurus mihi beneficentior cum acceperis; Magna dederim, si placere Tibi hoc qualecumque contigerit, majora tamen do si vota respicies, genialem hanc meam, erga Authoris Opus justitiam dignetur humanitas Tua reflectere dum tanto ingenii Opere habemus Virgilium qui & si suis loquatur verbis nostro loquitur sensu, & meum affectum in spirituali hoc opere licet effectum non habeam dignare non spernere, & magna Tua utere clementia, & benignitate si ausus sum dicare Illustrissimo, & Reverendissimo Pastori Florentinis carissimo; & digno Ecclesiæ universalis honore. Meas Jurisprudentiæ in Italiæ Rotis Decisiones typis commissas, alacriori animo audebo presentare si pretiosa humanitas Tua dignabitur perpendere

dere veritatem ſervitutis meæ erga Illuſtriſſimam, & Reverendiſſimam Tuam Paſtoralem dignitatem non ſolum, ſed erga Tuarum virtutum, & pretioſorum meritorum acclamationes ubique panditas; Vive felix Tuarum Ovium Paſtor, & ex hac reverenti oblatione alieno labore compoſita inſpice Authoris ingenium, Tuis dignum laudibus, & demum vale in D. N. J. C. pro cujus Sanctiſſima Fide ut omnibus ſit ſalutaris intus, & extra tam magnam curam Paſtoralem impendis ut omnium utilitati, & æternæ plurimum ſaluti cunctis prodeſſe poſſit Florentiæ Kal. Aprilis 1705.

Pa-

Publius Virgilius Maro Poeta a Mantua.

Anagramma purum

Mors tua, Jesu, an pabulum pii? tua Gloria.

ALIUD.

Publius Virgilius Maro Poeta.

Ubi pollui? si amor Jesu purgat.

M. R. P. Joseph Vanlych Relig. Carmeli
Magister & Sacerd.



Obstu-

Obſtupuit Mundus quod Scarron ludicra fecit
Carmina Virgilii: nunc ſtupet eſſe pia.

PARAFRASE POSTA IN SONETTO.

STupì già tempo, e con ragione il Mondo,
Quando Scarrone al Gran Teſtor di Manto
Con vano ardir tentò di torgli il vanto,
Che ha ſenza pari il di lui dir profondo.

Di Virgilio lo ſtil troppo è facondo,
Perchè diſpiaccia il ſuo piacevol canto:
Canto che forma un troppo grato incanto,
Quanto più inteſo tanto più giocondo.

Ah! che diſdice il convertirlo in gioco,
Mentre de' carmi ſuoi fama ſincera
Più vantaggi n' addita in più d' un loco.

In fatti vedo alzar ſino alla Spera
Sacre quell' Opre, che ſtimaſti poco;
Sai per mezzo di chi? ſtupiſci, e PERA.

Idem M. R. P. Joſeph Carmel. Mag. Vanlych.

LE-

LECTORI.

BOnorum, *inquit* D. Auguſtinus lib. 4. cap. 12. de Doctrin. Chriſti, *Ingeniorum inſignis eſt indoles, in rebus verum amare, non verba, ideoque ſi Chriſtianam fidem dedecere, nonnulla, videbuntur, Poetarum more, uſurpata, ea libens Author Cenſuræ ſubmiſit, & irrita indicta voluit, proindè nihil hic occurret legendum, niſi quod in Evangeliis Sanctorum Patrum, & Interpretum ſenſis, piiſque aliorum commentationibus excogitatum, vel revelatum Romana Eccleſia comprobavit, hæc ſunt quibus monendus mihi eras, benigne Lector, labores ama, patientia, & amoris, & aurium, atque me amicum habeas. Vale.*



PETRI

PETRI ANGELI SPERÆ

DE PASSIONE D. N. JESU CHRISTI

VIRGILIOCENTONIS

Liber Primus.

Æn. 1. QUI mare, qui terras, qui res hominumque deumque *Ibid.*
Æn. 2. Æternis regis imperiis, & fulmine terres,
Æn. 1. Nate Patris summi, nocitem ducentibus astris. *Geo.*
Æn. 6. Natus & ipse Dea, solum te Virgine digna, 7. *Æn.*
Geo. 1. Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis,
Eclo. 3. Cantando ut liceat totum mihi ferre per Orbem 8. *Eclo.*
Æn. 10. Hic Mortis duræ casum, tuaque optime facta, *Ibid.*
Æn. 12. Quo vitam dedit æternam mortalibus ægris 8. *Æn.*
Æn. 10. Omnipotens Genitor Deus: evocat agmine magno 6. *Æn.*
Geo. 1. Jampridem clausas tenebris, & carcere cæco 6. *Æn.*
Æn. 6. Illustres animas, superumque ad lumen ituras: *Ibid.*
Æn. 3. Infernique lacus custodem in vincla petivit. 6. *Æn.*
Geo. 3. Te sine nil altum mens inchoat; accipe mentem: 11 *Æn.*
Eclo. 8. A te principium tibi desinet: aspice; vites 6. *Æn.*
Eclo. 9. Cantantes sublime ferent tua dicere facta. 8. *Æn.*
Æn. 7. Argumentum ingens; magno nunc ore sonandum. 3. *Geo.*

Exordium à revocatione Lazari ad vitam.

Æn. 9. Insignis late volitans jam Fama per urbes 7. *Æn.*
Geo. 1. Circum, multiplici populos sermone replebat, 4. *Æn.*
Eclo. 3. Quid Domini faciant voces, & verba vocantis, 4. *Æn.*
Eclo. 4. Magnus quem chorus, & socii comitantur ovantes: 1. *Geo.*
Geo. 4. Scilicet Huc reddi deinde, ac resoluta referri
Geo. 4. Omnia, nec morti esse locum, sed viva manere. 2. *Æn.*
Eclo. 6. Namque canebat, uti (magnum, & mirabile monstrum) 9. *Æn.*
Æn. 4. Dixerat Ille, Patris magni prece numen adorans, 3. *Æn.*
Æn. 1. Multa gemens, casuque animum concussus amici, 5. *Æn.*
Æn. 3. (Illos porticibus iste accipiebat in amplis)
Æn. 6. Effusæque genis lacrymæ, lacrymæque decoræ: 5. *Æn.*
Æn. 9. Rumpe moras omnes ad lumina, surgere vitæ: 7. *Æn.*

AEn. 3.	Ecce, tibi vitam damus, & miſereſcimus ultro.	2. *AEn.*
AEn. 3.	Obſtupuere animi tantorum lumine quarto	6. *AEn.*
AEn. 9.	Spiramenta animæ, corpuſque exſangue ſepulcro,	2. *AEn.*
AEn. 8.	Impoſitum ſuperas cœli veniſſe ſub auras,	7. *AEn.*
AEn. 5.	Libaviſſe dapes, audire, & reddere voces.	6. *AEn.*
	Hunc invidi, impiique Judæi montem Chriſto feſtinandi occaſionem arripiunt.	
AEn 3.	Delectos populi ad proceres ut venit, ad aures,	2. *AEn.*
AEn. 3.	Prodigium, multaſque Viro ſe adjungere gentes,	8. *AEn.*
AEn. 11.	Obliqua Invidia ſtimulis agitabat amaris,	
AEn. 6.	Et rabie fera corda tument: vultumque, minaſque	8. *AEn.*
AEn. 6.	Cernere erat, vultu & varios errare colores.	1. *Geo.*
AEn. 8.	Quid ſtruat his cœptis, ſtrepit omnis murmure campus.	6. *AEn.*
	Congregat Caiphas Pontifex anno illius concilium de perdendo Domino.	
AEn. 11.	Ergo concilium magnum, primoſque fuorum	
AEn. 11.	Hos inter motus alta intra limina cogit,	*Ibid.*
AEn. 10.	Infula cui ſacra redimibat tempora vitta,	
AEn 6.	Quique Sacerdotes. De vita, & ſanguine certant	12. *AEn.*
Geo. 1.	Illius, cœlum, & terras qui numine torquet.	4. *AEn.*
AEn. 7.	Exin Gorgone ſ Alecto infecta venenis	
AEn. 1.	Infert ſe, miſcetque viris, neque cernitur ulli,	*Ibid.*
AEn. 7.	Vipeream inſpirans animam, ſonitumque, metumque	8. *AEn.*
	Invidorum ſententia.	
AEn. 9.	Quærunt pars ſocios, Ipſumque abſumere ferro.	4. *AEn.*
AEn. 1.	Finibus expulſum patriis pernicibus alis	4. *AEn.*
Geo. 2.	Sollicitant alii deſertas quærere terras	3. *AEn.*
AEn. 4.	Oceani finem juxta, Solemque cadentem;	
AEn. 2.	Exiliumque pati, finemque imponere curis.	4. *AEn.*
	Joſeph ab Arimathea, nobilis, dives, Decurio, vir bonus, & juſtus, cum Nicodemo, & aliis ex Principibus, qui occultè credebant in Jeſum, nunc apertè non conſentiunt conſiliis, & actibus Judæorum.	
Geo. 2.	Pars autem, & quorum melior ſententia menti,	2. *AEn.*
AEn. 12.	Reſponſanti (nec enim levia, aut ludicra petuntur)	*Ibid.*
AEn. 5.	Et primùm ante omnes pariter pietate, vel armis	6 *AEn.*
AEn. 11.	Inſignis, nulli veterum virtute ſecundus,	*Ibid.*
Geo. 4.	Urbi conſiliis habitus non futilis auctor,	11. *AEn.*
Geo. 2.	Dives opum variarum, & mens cui conſcia recti,	1. *AEn.*
Ibm. 11.	Significatque manu, & magno ſimul incipit ore:	
AEn. 5.	Ore favete omnes, audite o mentibus æquis;	9. *AEn.*
AEn. 9.	Conſilium ſummis regni de rebus habendum.	
AEn. 11.	Dicam equidem licet arma mihi, mortemque minentur	
AEn. 2.	Adverſi: ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.	2. *AEn.*
AEn. 12.	Res dura, & regni novitas me ad talia cogunt.	

Argu-

Argumentando à vaticiniis, genealogia, signis, miraculis, & ipsa vita probare intendit Hunc esse Messiam.

AEn. 7.	Quid petitis, miseri? quæ tanta insania, cives?	2. *AEn.*
AEn. 2.	Infontem infando indicio, quia magnus Olympi	5. *AEn.*
AEn. 2.	Monstrat iter quaque, & Virtutem extendere factis,	6. *AEn.*
AEn. 2.	Exstinxisse, nefas; sacrata resolvere jura.	*Ibid.*
Geo. 2.	Ferrea progenies, quæ te dementia cepit?	2. *Eclo.*
AEn. 6.	Hic Vir, Hic est, tibi quem promitti sæpius audis:	
AEn. 11.	Multa Virum meritis sustentat Fama trophæis,	
AEn. 4.	Multaque præterea Vatum prædicta priorum.	
Geo. 3.	Quid? Juvenis si prima domus repetatur origo,	7. *AEn.*
AEn. 1.	(Non vacat annales nostrorum audire parentum,	5. *AEn.*
AEn. 6.	Jam pridem hanc prolem cuperem enumerare virorum.)	3. *AEn.*
AEn. 7.	Hunc aravi Reges, Hunc claro ex ordine avorum	*Ibid.*
AEn. 6.	Magnanimi heroes antiquæ ab origine gentis	1. *AEn.*
AEn. 10.	Agnoscunt longe Regem de stirpe nepotum:	6. *AEn.*
Geo. 4.	At genus immortale manet in vertice cœli.	1. *AEn.*

Signa Nativitatis rememorat.

Eclo. 4.	Tu modo nascenti Puero in præsepibus altis,	7. *AEn.*
Geo. 4.	Et cum tristis Hiems, & cum in tempesta silet Nox,	2. *Geo.*
Eclo 9.	Audieras, & fama fuit, cum exercitus omnis	11. *AEn.*
AEn. 12.	Agminis aligeri cœlo demittitur alto,	4. *Eclo.*
AEn. 1.	Et cœto cinxere polum, cantusque dedere,	
Eclo. 2.	Atque simul pacis solum inviolabile pignus.	14. *AEn.*
Eclo. 5.	Intonsi montes, silvæque, & magnus Olympus,	3. *Geo.*
Eclo. 5.	Ipsa sonant arbusta; Deus, Deus ille deorum.	1. *Geo.*
AEn. 9.	Insuper & visenda modis animalia mitis	4. *Geo.*
AEn. 3.	Immensum Regem cœli novere sub antro,	4. *Geo.*
AEn. 7.	Atque imploranti similis procumbit humi bos.	5. *AEn.*
AEn. 1.	Nec non & vario noctem sermone trahebant	
Eclo. 1.	Pastores ovium, pecudum custodia solers,	4. *Geo.*
AEn. 1.	Lætitiaque, metuque avidi, veniam precari,	3. *AEn.*
AEn. 6.	Haud mora, festinant; redeunt, pacemque reportant.	7. *AEn.*

Magorum adventum, adorationemque Stella duce.

AEn. 9.	Agnovere Deum proceres Orientis onustum	1. *AEn.*
AEn. 5.	Corpore, qui stellis numeros, & nomina fecit,	1. *Geo.*
AEn. 11.	Munera portantes, pretiosa & dona ferentes,	1. *AEn.*
Geo 2.	Media fert tristes succos, sua thura Sabæi,	2. *Geo.*
Geo 4.	Quaque pharetratæ vicinia Persidis aurum	7. *AEn.*
AEn 4.	Protinus ad Regem. Claraque in luce refulsit	2. *AEn.*
AEn. 2.	Stella facem ducens, oculi servare sequentum	6. *AEn.*
AEn. 6.	Quantum acie possent, terras tentare repostas.	3. *AEn.*

Eadem infanticium fatiam ab Herode timente, ne per jam natum Judæorum Regem sceptro privaretur.

AEn. 4.	Omnia tuta timens odium crudele Tyranni,	2. *AEn.*

Æn. 1.	Nec latuere doli, totum vulgata per Orbem;	*Ibid.*
Eclo. 1.	Cum dulcis vitæ exſortes, & ab ubere raptos,	6. *Æn.*
Æn. 2.	Alterum in alterius mactatos ſanguine multo	2. *Geo.*
Æn. 6.	Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.	
	Agnitionem, & vaticinium à Simeone in Templo.	
Æn. 1.	Regina ad Templum forma pulcherrima tendit	4. *Æn.*
Æn. 3.	Cœlicolum Regi grates perſolvere dignas	2. *Æn.*
Geo. 3.	Poſt partum. Vires ultra, ſortemque ſenectæ	6. *Æn.*
Æn. 7.	Tali intus templo longa cum veſte Sacerdos,	6. *Æn.*
Geo. 2.	Fortunatus & ille, & ſervantiſſimus æqui,	1. *Æn.*
Æn. 8.	Miraturque, interque manus, & brachia verſat	
Eclo. 9.	Cantando Puerum, lacrimæque per ora volutæ;	10. *Æn.*
Æn. 8.	Optatos dedit amplexus, aperitque futura;	6. *Æn.*
Æn. 9.	Macte nova virtute, Puer qui ſecula vincis,	2. *Geo.*
Æn. 1.	Expectare venis: nec me mea cura fefellit	6. *Æn.*
Æn. 6.	Tempora dinumerans. Spes tu nunc una ſenectæ,	12. *Æn.*
Æn. 12.	Tu requies, quem das finem, Rex magne laborum.	1. *Æn.*
Æn. 8.	Dum te, chare Puer, mea ſera, & ſola voluptas,	
Æn. 8.	Complexu teneo, nunc lumina morte reſigna.	4. *Æn.*
Eclo 4.	Ultima Cumæi venit jam carminis ætas;	
Eclo. 4.	Jam redit & Virgo: poſito certamine reges	8. *Æn.*
Æn. 12.	Component pacem, leges, & fœdera jungent.	
Eclo. 2.	Nunc etiam toto ſurget Gens aurea Mundo:	4. *Eclo.*
Eclo. 6.	Jamque novum terræ ſtupeant luceſcere Solem.	
Æn. 1.	Tum ſic Reginam alloquitur, ac talia fatur:	5. *Æn.*
Æn. 1.	O quam te memorem, Virgo? namque haud tibi vultus	
Æn. 1.	Mortalis; nec vox hominem ſonat: o Dea certe.	
Eclo. 5.	Quæ tibi, quæ tali reddam pro munere Nati?	3. *Geo.*
Geo. 1.	Scilicet & tempus veniet, cum plena laboris	1. *Æn.*
Æn. 11.	Infelix, Nati funus crudele videbis,	
Geo. 3.	Altius ad vivum trajectaque pectora ferto.	1. *Æn.*
Æn 2.	Hæc ubi dicta dedit, ſolvuntur frigore membra	11. *Æn.*
Æn. 5.	Longævi, placidaque ibi demum morte quievit.	9. *Æn.*
	Aquam vinum bonum factam in nuptiis Chanæ Galilææ.	
Æn. 6.	Et conſanguineus olim vólventibus annis,	1. *Æn.*
Æn. 1.	Cui pater intactam dederat, pactoſque hymenæos,	4. *Æn.*
Æn. 8.	Cognatique patres, pueri, innuptæque puellæ	6. *Æn.*
Æn. 1.	Convenere, toris juſſi diſcumbere pictis.	
Æn. 5.	Tandem inter pateras, & lævia pocula vina	3 *Geo.*
Æn. 12.	Defeciſſe videt, ſerpitque per agmina murmur.	*Ibid.*
Æn. 6.	Sed comes admonuit, breviterque affata potentem	2. *Geo.*
Æn. 9.	Ipſa Deum fertur Genitrix: Da, Nate, petenti,	
Æn. 9.	Quod tua chara parens ſupplex in rebus egenis.	6. *Æn.*
Æn. 9.	Filius huic contra: Mitte hanc de pectore curam.	6. *Æn.*
Geo. 1.	Mox & ſollicitos ſecreti ad fluminis undam	3. *Æn.*

Ire

Æn. 7.	Ire jubet: summoque hausit de gurgite lymphas	9. *Æn.*
Æn. 6.	Triste ministerium. Visu mirabile monstrum:	10. *Æn.*
Æn. 4.	Gens epulata toris Lenæum libat honorem,	
Æn. 6.	Atque omnes læti libant firmissima vina.	2. *Geo.*
	Saturationem quinque millium hominum [*exceptis mulieribus*, *& parvulis*] *quinque panibus in deserto Bethsaidæ.*	
Æn. 8.	Forte die quadam multis cum millibus ibat,	3. *Æn.*
Æn. 3.	Cum vitam in silvis, inter deserta sequentum,	3 *Geo.*
Æn. 3.	Obscenamque famem penuria adegit edendi.	7. *Æn.*
Æn. 7.	Intentos volvens oculos, cui summa potestas,	10. *Æn.*
Æn. 11.	Prospexit longe, longe & miseratus euntem est.	6. *Æn.*
Æn. 7.	Exiguam Cererem (magnum, & memorabile numen)	4. *Æn.*
Æn. 1.	Pars in frusta secant, & amor compressus edendi:	8. *Æn.*
Æn. 1.	Tum victu revocant vires tot millia gentis.	9. *Æn.*
	Morborum omnium curationem.	
Geo. 1.	Interdum tristi languebant corpora morbo:	4. *Geo.*
Æn. 6.	Sæpius occurrens justu tum corpora curat.	4. *Geo.*
Æn. 6.	Corporeæ excedunt pestes juvenumque, senumque	9. *Æn.*
Geo. 3.	Nonne vides? ea visa salus morientibus una,	*Ibid.*
Geo. 2.	Auxilium venit, quo non præsentius ullum.	*Ibid.*
	Tranquillitatem ventis, maris que imperatam, & alia mirabilia.	
Geo. 3.	Tempore post alio perstat componere fluctus,	1. *Æn.*
Æn. 1.	Luctantes ventos, tempestatesque sonoras;	
Æn. 8.	Mitis ut in mare fluxi, placidæque paludis,	
Æn. 8.	Sterneret æquor aquis. Illum admirantur & omnes,	4. *Geo.*
Æn. 6.	Unus, qui nobis hinc usque ad sidera notus,	5. *Eclo.*
Geo. 4.	Omnia transformat sese in miracula rerum:	
Æn. 11.	Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras.	
	Defunctos vitæ redditos.	
Geo. 1.	Vidimus Hunc animas imis exire sepulcris,	8 *Eclo.*
Æn. 6.	Cui soli imperium est animarum, hæc littora circum,	10. *Æn.*
Æn. 10.	Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem.	
Æn. 12.	Non hæc humanis opibus, non arte magistra	
Æn. 12.	Proveniunt: ollis vigor, & cœlestis origo.	6. *Æn.*
	Concludit Jesum esse Messiam, ideoque depositæ invidiæ sequendum, ac venerandum.	
Geo. 2.	Quid majora sequar? nec dictu affabilis ulli	3. *Æn.*
Geo. 2.	Est numerus: neque enim numero comprendere possem	
Æn. 6.	Quam multa in silvis Autumni frigore primo	
Æn. 6.	Lapsa cadunt folia, aut veniunt ad littora fluctus.	2. *Geo.*
Æn. 12.	Cur nulla accendit tantarum gloria rerum?	4. *Æn.*
Geo. 4.	Tanta suæ cur te ceperunt tædia laudis?	
Eclo. 4.	Jam nova progenies cœlo demissa per auras	11. *Æn.*
Æn. 11.	Venit Amor. Positis miteſcent secula bellis:	1. *Æn.*

Jam

Æn. 6.	Jam demum horrifono ſtridentes cardine ſacræ	
Æn. 1.	Claudentur Belli portæ compagibus omnes;	*Ibid.*
Eclo 4.	Pacatumque reget patriis virtutibus orbem;	
Æn. 8.	Quis Deus, & quæ ſi poteris cognoſcere Virtus.	4. *Eclo.*
Æn. 9.	Lucè palàm verſum eſt manifeſto numine ferri;	11. *Æn.*
Æn. 6.	Et dubitamus adhuc? ducunt qua juſſa, ſequamur;	3. *Æn.*
Æn. 11.	Ipſum obteſtemur, veniamque orabimus ab ipſo	
Æn. 6.	Concordes animæ: quid non ſperemus amantes?	8. *Eclo.*
	His Domini partes ſuſtinentibus conciliabulo exclusis, inſit Caiphas.	
Æn. 11.	Talibus exarſit dictis, quæ maxima turba eſt.	6. *Æn.*
Æn. 1.	Tum celerare fugam, patriaque excedere ſuadet	
Æn. 9.	Mœnibus excluſos: tum facta ſilentia tectis;	1. *Æn.*
Æn. 3.	Atque hæc deinde canit divino ex ore Sacerdos:	
Geo. 4.	Venimus huc; ſed non replenda eſt Curia verbis.	11. *Æn.*
Æn. 8.	Hunc circum innumeræ gentes cinxere corona	10. *Æn.*
Æn. 6.	Prodigiis acti longe, lateque per urbes:	
Æn. 12.	Nos, patria amiſſa, Dominis parere ſuperbis	*Ibid.*
Æn. 12.	Cogemur, qui nunc lenti conſedimus omnes;	
Æn. 1.	Romanos rerum Dominos ubi libera colla	5. *Geo.*
Æn. 5.	Accipient, tetum & jaceant perculſa ruina.	11. *Æn.*
Æn. 5.	Tranſeat elapſus caput horum, & cauſa malorum?	11. *Æn.*
Æn. 2.	Non ita: namque anima una dabit diſcrimina tanta:	10. *Æn.*
Æn. 5.	Unum pro multis dabitur caput.	
	Omnes Pontifici aſſentiuntur: ſed modum quærunt capiendi Jeſu, timentes ob id populi tumultum.	
Æn. 6.	Talia fatus erat: potior ſententia viſa eſt.	4. *Æn.*
Æn. 2.	Aſſenſere omnes, omnes eadem ore fremebant.	11. *Æn.*
Æn. 4.	Confieri poſſit nunc qua ratione, quod inſtat,	
Æn. 1.	Spemque, metumque inter dubii ſecumque volutant.	10. *Æn.*
Æn. 6.	Hoc opus, hic labor eſt: medium nam plurima turba	*Ibid.*
Æn. 6.	Hunc habet: ad vitæ auxilium pro nomine tanto	8. *Æn.*
Æn. 10.	Hi jaculis, illi certant defendere ſaxis,	
Æn. 10.	Victoremque ferant fubito turbante tumultu.	9. *Æn.*
	Accedit ad Principes Sacerdotum, & Magiſtratus Judæ Iſcariotes, unus ex duodecim Apoſtolis, poſt quem multa in Magiſtrum maledicta proditionem paciſcitur.	
Geo. 1.	Ecce, inimicus atrox, immani concitus ira,	9 *Æn.*
Æn. 5.	(Muneribus cumulat magnis Regnator Olympi.)	7. *Æn.*
Æn. 2.	Hoc ipſum ut ſtrueret, argenti, aurique talenta	5. *Æn.*
Æn. 6.	Intentans, fidens animi, atque in utrumque paratus;	2. *Æn.*
Æn. 9.	Improviſus adeſt, atque hæc mitantibus addit:	6. *Æn.*
Æn. 1.	Solvite corde metum, proceres, ſecludite curas,	
Æn. 4.	Nam quid diſſimulo, aut quæ me ad majora reſervo?	
Æn. 2.	Fas odiſſe Virum, morem, rituſque ſacrorum	11. *Æn.*

Nunc

AEn. 6. Nunc, & pauperiem cum ſemiviro comitatu? 4 AEn.
AEn. 6. It comes & maleſuada Fames, & turpis Egeſtas. Ibid.
AEn. 6. Obſcuris vera involvens dat inania verba: 10. AEn.
AEn. 4. Nuſquam tuta fides: terrorum, & fraudis abunde eſt: 7. AEn.
AEn. 7. Moliturque novas artes, nova pectore verſat 1. AEn.
AEn. 1. Conſilia: propiuſque æſtus incendia volvent, 2. AEn.
AEn. 10. Hactenus indulſiſſe vacat: ſententia nobis Ibid.
AEn. 10. Verſa retro: tantos poſſim ſuperare labores? 5. AEn.
AEn. 10. Juſſa aliena pati? vitam committere ventis Ibid.
AEn. 10. Pone ſequens? ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam: 3. AEn.
AEn. 2. Idque audire ſat eſt. Jamdudum ſumite pœnas,
AEn. 12. Magnanimi, talem terris avertite peſtem, 3. AEn.
AEn. 6. Otia qui rumpet patriæ flagrante tumultu, 11. AEn.
AEn. 1. Imperio explebit Regnum, Templumque tenebit. 3. Geo.
AEn. 2. Quicquid id eſt, timeo: ſimul ipſa ſilentia terrent. Ibid.
AEn. 9. Si mihi, quæ poſco, promittunt præmia palmæ, 3. Geo.
AEn. 1. Non obtuſa adeo geſtamus pectora, magnum 7. Ecl.
AEn. 12. Ut tanta quicquam pro ſpe tentare recuſem.
AEn 10. AUDENTES Fortuna juvat. Sumpſiſſe merentis 2. AEn.
AEn. 2. Laudabor pœnas, animumque expleſſe juvabit.
AEn. 4. Mecum erit iſte labor: nec me labor iſte gravabit, 2. AEn.
AEn. 4. Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres,
AEn. 3. Interea, & placidam membris dat Cura quietem. 4 AEn.
AEn. 5. Ardenteſque locum inſidiis conſpeximus, ipſi. 9. AEn.
AEn 9. Ne timeant: tali poſſum me opponere monſtro. 12. AEn.
AEn. 4. Arma parent: Dolus, an virtus, quis in hoſte requirat? 2. AEn.

Talibus auditis gavisi ſunt, & conſtituerunt ei triginta argenteos.

AEn. 9. Talia jactantem dictis, ac dira canentem
AEn. 1. Bis medium amplexi (tantæ eſt victoria curæ) 3. Geo.
AEn. 8. Hinc exultantes, animoſque ad ſidera tollunt, 9. AEn.
AEn. 7. Lætitiaque fremunt: ſonuerunt omnia plauſu: 3. AEn.
AEn. 9. Atque his ardentem dictis affatur amicum; 3. AEn.
AEn 4. Aggredere o magnos (aderit jam tempus) honores,
AEn. 6. Partem opere in tanto, quando hæc te cura remordet. 1. AEn.
AEn. 1. Non opis eſt noſtræ, ſtellantis regia cœli 9. AEn.
AEn. 2. Perſolvat grates dignas, & præmia reddat.
AEn. 2. Tu modo promiſſis maneas, ſervandaque ſerves,
AEn. 1. Argentum, meritæque expedient præmia palmæ. 5. AEn.
AEn. 4. Ergo juſſa para; ſuſcepturum perfice munus. 6. AEn.

Arguit Judas ſynteroſe.

Geo. 3. Poſt hinc digreſſus perplexum iter omne revolvens 9. AEn.
Ecl. 3. Infelix, magno perſentit pectore curas. 4. AEn.
AEn. 12. Tangit honos animum, mentem mortalia tangunt, 1. AEn.
AEn. 6. Et via, Taitarei quæ ſeat Acheruntis ad undas,

Pro-

AEn. 9.	Prodere voce sua quemquam, aut opponere morti	
Geo. 1.	Auctorem frugum, tempestatumque potentem.	
AEn. 12.	Corripuit se se interea sic ore locutus:	9. AEn.
AEn. 4.	Posse nefas etiam sperasti, perfide, tantum?	Ibid.
Geo. 4.	Postubis collectum diversis partibus Orbis	12. AEn.
AEn. 12.	Ingens argentum, sceptrumque, sacerque tiaras,	7. AEn.
Eclo. 5.	An quicquam nobis tali sit munere majus?	
AEn. 4.	Quid struis? aut qua spe cunctis pro talibus unam	12. AEn.
AEn. 12.	Objectare animam? sic? sic juvat ire sub umbras,	4. AEn.
AEn. 8.	Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,	
AEn. 6.	Quem rapidus flammis ambit torrentibus amnis,	
AEn. 5.	Quem nec longa dies, pietas nec mitigat ulla?	
Geo. 3.	Scilicet ante, omnes cœlum sperare jubebas:	4. Geo.
Geo. 1.	Quippe, quia exciperet cœli indulgentia terras,	2. Geo.
AEn. 11.	Nunc, veluti montis saxum de vertice præceps	
AEn. 12.	Fertur in abruptum magno, subitoque fragore,	2. AEn.
AEn. 1.	Despiciens cœli jucundum lumen, & auras,	6. AEn.
Eclo. 1.	Hæc mala tanta paras, Stygiamque innare paludem?	6. AEn.
AEn. 2.	Excutere: & primus, qui me sibi junxit, amores	4. AEn.
AEn 4.	Ille meos habent secum, fervetque sepulcro.	
AEn. 3.	O felix, hæc sit nostri medicina furoris.	10. Eclo.
	Urget Satanas Judam.	
AEn. 9.	Parte alia horrendus visu inflammavit amore	4. AEn.
AEn. 10.	Argenti, atque auri: jam fert ita corde voluntas,	6. AEn.
AEn 11.	Exultatque animis, & spe jam præcipit aurum;	7. AEn.
Eclo. 8.	Nec curare deum credit mortalia quemquam:	
Eclo. 1.	Usque adeo sua cuique deus fit dira cupido.	9. AEn.
	Jesus, quem Judæorum decretum latere non potuit, quia nondum venerat hora ejus, secessit in desertum juxta Jordanem in Civitatem Ephrem, ibique cum suis morabatur Discipulis.	
AEn. 1.	Tempore jam ex illo dicunt regionibus illis	3. Geo.
AEn. 2.	Evasisse viam longa in deserta sine ullis	3. Geo.
Geo. 3.	Hospitiis: tantum deserta quærere terra	4. AEn.
AEn. 2.	Effugia. Incipiunt quà se subducere colles,	9. Eclo.
AEn. 11.	Planities ignota jacet: tutique receptus	
Geo. 4.	Urbis habent, tardis ingens ubi flexibus errat	3. Geo.
Geo. 1.	Fluviorum Rex, & cœlo gratissimus amnis.	8. AEn.
	Tangitur mysterium baptismatis Christi in Jordane.	
AEn. 8.	Huic Deus ipse loci fluvio mersare salubri,	1. Geo.
Eclo. 5.	Hac corpus properat fluviali spargere lympha:	4. AEn.
AEn. 8.	Atque improvisò vibratus ab æthere fulgor	
Geo. 1.	Non aliàs, cœlo subito commota columba	5. AEn.
AEn. 4.	Devolat, & supra caput astitit. Hunc ego Natum,	5. AEn.
AEn. 8.	Tu Pater æterno fatur devictus amore;	

Et Re-

AEn. 2.	Et Regem æquævum, formæque insigne paternæ,	10. *AEn.*
AEn. 8.	Accipio, agnoscoque libens: mea maxima cura	1. *AEn.*
AEn. 2.	Primus Hic ante omnes patrium servavit honorem.	5. *AEn.*
	Tempore Passionis appropinquante, Jerosolymam revertitur, præcedens Discipulos alacer.	
AEn. 11.	Jamque propinquabat, perfecto temporis orbe,	6. *AEn.*
AEn. 9.	Ultimus ille dies, quo non felicior alter	*Ibid.*
AEn. 9.	Visus ab Autora miseris mortalibus ævi.	3. *Geo.*
AEn. 4.	Post quam Mitos ventum in montes, statione relicta,	9. *AEn.*
Geo. 2.	Sponte sua antevolans tardum præcesserat agnum	9. *Æn.*
Æn. 12.	Impavidus: sociis edicit, signa sequantur;	10 *Æn.*
AEn. 7.	Unde Ducem haud timidis vadentem passibus æquant.	6. *AEn.*
	Assumit duodecim Discipulos secreto, illisque mortem suam, postque triduum resurrectionem prædicat.	
AEn. 5.	Agmine partito, nota regione viarum	11. *AEn.*
AEn. 12.	Interea excedit. Panci, quos æquus amavit,	6 *AEn.*
AEn. 6.	Tum demum admissi; cœpit cum talia Vates	*Ibid.*
AEn. 1.	Suspirans, imoque trahens à pectore vocem:	
Geo. 3.	Ipsi autem pendent iterum narrantis ab ore.	4. *AEn.*
Geo. 1.	Ecce, supercilio clivoso ascendimus urbem:	3. *AEn.*
AEn. 1.	Jamque dies infanda aderit mihi sacra parari	
AEn. 11.	Supplicia, & scelerum pœnas expendere: pœnas	10. *Æn.*
AEn. 6.	Quid memorem? multo vitam cum sanguine fundam.	2. *AEn.*
Geo. 1.	Nam primi prima crescentis origine Mundi	3. *Geo.*
AEn. 6.	His mersere malis, Autumno carpere poma	4 *Geo.*
AEn. 10.	Audentes, feris factura nepotibus umbram	2. *Geo.*
AEn. 9.	Mortalem, sævam quæ exhalat opaca mephitim,	7. *AEn.*
AEn. 4.	Pallentesque animas sub tristitia Tartara mittit.	
AEn. 8.	Sed mea me virtus, & sancta oracula divum,	
Geo. 1.	Ipse Pater tantos voluit me ferre labores.	11. *AEn.*
AEn. 6.	His demum exactis, hæc nos suprema manebant	7. *AEn.*
AEn. 7.	Exitiis positura modum, rebusque salutem,	11 *AEn.*
Geo 3.	Omnibus humanis, quæ sit fiducia rebus.	10. *Æn.*
AEn. 9.	Mox hic cum spoliis, ingenti cæde peracta,	
AEn. 11.	Tertia lux gelidam cœlo ut dimoverit umbram,	
AEn. 7.	Diluvio ex illo (mihi enim mora libera mortis)	11 *AEn.*
AEn 9.	Affore cernetis surgentem vallibus imis.	1. *Geo.*
AEn. 11.	Hi nostri reditus, expectatique triumphi	
AEn. 5.	Omnibus, hic erit unus honos Natoque, Patrique.	10. *Æn.*
	Venit dies azymorum, quo opus erat, ut occideretur agnus, assandus, vesciendusq. cum azymis panibus, lactucis agrestibus, &c juxta legem.	
AEn. 5.	Expectata dies aderat, cum tempora soles	9. *Eclo.*
AEn. 9.	Debita complerant, & cum solemnia vota,	5. *Eclo.*
AEn. 2.	Religione Patrum multos servata per annos,	

Geo. 3. Solvuntur inter menſas, lateemque Lyæum. 1. *AEn.*
AEn. 3. Undique conveniunt, dapibuſque epulantur opimis, 3. *AEn.*
Geo. 2. Aut ovium fœtus, aut utentes culta caprarum,
AEn. 4. Quos torrere parant flammis: & frangere ſaxo, 1. *AEn.*
Geo. 1. Ac torrere igni non ullo ſemine fruges; *Ibid.*
AEn. 7. Subiciunt epulis & amaris intyba fibris. 1. *Geo.*
AEn. 2. Accingunt omnes operi, quod lege tenentur, 12. *Æn.*
AEn. 9. Stant longis adnixi haſtis, & taurea terga, *Ibid.*
AEn. 8. Et Tyrrhena pedum circumdant vincula plantis.

Origo celebrandi Paſcha jam inde à tranſitu filiorum Iſrael per mare rubrum poſt exitum de AEgypto.

Æn 8. Ex illo celebratus honos, rituſque ſacrorum 12. *AEn.*
AEn 9. Tempore, quo primum diffunditur, & tribus, & Gens, 7. *AEn.*
Eclo. 6. Quo curſu deſerta petiverit aſpera dumis, 4. *AEn.*
AEn. 12. Servati ex undis: immitis rupta Tyranni 4. *Geo.*
Geo. 3. Fœdera, & arrectæ ſtimulis haud mollibus iræ. 11. *Æn.*
Æn. 12. Poſcit equos, atque arma ſimul rex deinde ſuperbus; 7. *AEn.*
AEn 10. Lumina voluit, obitque truci procul omnia viſu
AEn. 3. Dentibus infrendens gemitu: Pro Juppiter ibit 4. *AEn.*
AEn. 4. Hic, ait, & noſtris illuſerit advena regnis?
Æn. 9. Ferte citi ferrum, date tela, ſcandite currus, 3. *Geo.*
AEn. 8. Præcipitare moras: dextra hac ſub Tartara mittam: 12. *Æn.*
Eclo. 1. Sic ſpoliis ego jam captis laudabor opimis. 16. *Æn.*
Æn. 12. Emicat in currum, & campo ſeſe arduus infert 9. *Æn.*
Æn 9. Rex idem, & Regem qui ſic comitatur euntem. 6. *AEn.*
AEn. 10. Advolat omnis eo terrore AEgiptus, & Indi. 8. *AEn.*

Videntes filii Iſrael AEgiptios poſt ſe timuerunt valde, clamaverunt ad Dominum, & dixerunt ad Moyſen: Forſan non erant ſepulcra in terra AEgipti? Multo enim melius erat ſervire eis, quam mori in ſolitudine.

AEn. 11. Ingruere infenſos hoſtes, inimicaque caſtra, 5. *AEn.*
AEn. 11. Adventumque pedum flatuſque audivit equorum,
Geo. 2. Et Gens illa: orans oneravitque æthera votis, 9. *AEn.*
AEn. 6. Tendebatque manus ripæ ulterioris amore:
AEn. 10. Ecce, maris magno claudit nos obice pontus;
AEn. 10. Deeſt jam terra fugæ, neque habet fortuna regreſſum: 11. *Æn.*
Æn. 11. Funditus occidimus inhumata, infelaque turba. *Ibid.*
Eclo. 2. Nonne fuit ſatius duros perferre labores, 6. *AEn.*
Eclo. 2. Atque ſuperba pati faſtidia nonne Tyranni? 8. *AEn.*

Suades illis Moyſes animi præſentiam, & fidem in Deum, cujus juſſu elevata virga ſuper mare, abſtulit illud Dominus, & vertit in ſiccum; iiſdemque ingreſſi fecit aquam quaſi pro muro à dextra, & læva.

Eclo. 3. Deſcripſit radio totum qui gentibus Orbem

Prin-

AEn. 6.	Principio, cœlum, ac terras, campoſque liquentes,	
AEn. 1.	Unde hominum genus, & pecudes, vitæque volantum,	6. AEn.
AEn. 1.	Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:	
AEn. 10.	Fidite: nam eſt cœlo pietas, quæ talia curet.	2. AEn.
AEn. 4.	Tum virgam capit: hac, magnique ipſe agminis inſtar,	7. Æn.
AEn. 4.	Interpres divus fert horrida juſſa per auras.	
AEn. 1.	Terram inter fluctus aperit: præruptus aquæ mons,	Ibid.
Æn. 11.	Seu dextra, lævaque velis, & mole ſua ſtat.	10. AEn.
Geo. 3.	Jam maris immenſi campos jubet eſſe patentes,	5. AEn.
Æn. 9.	Atque animum dedit, & præter vada fervida vexit.	7. AEn.
	Perſequentes AEgyptii ingreſſi ſunt poſt eos per medium maris, & involvit eos Dominus in mediis fluctibus, nec uno eorum evadente.	
Æn. 5.	Jamque fere ſicco ſubductæ littore Gentes	3. Geo.
AEn. 9.	Alta tenent, ſicca ſecum ſpatiantur arena:	1. Geo.
AEn. 9.	Hoſtis adeſt, pulſuque pedum tremit excita tellus;	7. AEn.
AEn. 11.	Quadrupedumque putrem ſonitu quatit ungula campum.	8. AEn.
Geo. 1.	Jam ſibi tum fidens & cœlum territat armis,	11. AEn.
AEn. 12.	It mare per medium furiis accenſus, & ira.	Ibid.
Æn. 5.	Ut pelagus tenuere, ruunt: creberque procellis	2. AEn.
AEn. 1.	Scuta virum, galeaſque, & fortia corpora volvit	
AEn. 1.	Africus; & vaſto, medioque ſub æquore merſit.	6. AEn.
AEn. 11.	Sternuntur lethò. Nihil illos Herculis arma,	10. AEn.
Æn. 10.	Nil validæ juvere manus, nil gratia currum.	6. Æn.
	Mittit Dominus e Bethania duos ex Diſcipulis ad parandum Paſcha.	
Æn. 9.	Ergò aderat promiſſa dies. Regnator Olympi	2. AEn.
Æn. 10.	(Stant lecti circùm comites, qui ſigna ſecuti)	8. Æn.
AEn. 12.	Hoc erat, hoc, inquit, votis quod ſæpe petivi.	
AEn. 2.	Venit ſumma dies, longarum hæc meta viarum.	3. AEn.
AEn. 8.	Interea ſacra hæc, quando huc veniſtis, amici,	
AEn. 8.	Annua, quæ differre nefas, celebrate faventes.	
Æn. 5.	Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem.	
AEn. 10.	Nunc ite: & quæ ſigna ferant, quo tendere pergant,	6. Æn.
AEn. 1.	Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponant,	
Æn. 5.	Edocet. Imperium, & chari præcepta Parentis	Ibid.
AEn. 3.	Haud ſecus, ac juſſi faciunt: atque omne magno	7. AEn.
Æn. 1.	Inſtruitur; mediiſque parant convivia tectis.	
	Sub veſperum venit cum Diſcipulis Jeroſolymam, ubi manducant Paſcha.	
AEn. 8.	Devexo interea propior ſit Veſper Olympo.	
Æn. 1.	Conveniunt: ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro.	
AEn. 12.	Aurati & pendent lychni laquearibus aureis.	2. AEn.

Cœna facta, instituturus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum Discipulorum pedes lavat, Petro tamen primum reluctante, mox obediente.

Æn. 1.	Postquam exempta fames epulis, cœlestia dona	4. Geo.
Æn. 4.	Perficere est animus, finemque imponere legi	
Geo. 1.	Tunc Agni pinguis, veterum monumenta virorum	3. Æn.
Æn. 8.	Mollibus & stratis surgit, vestemque reponit,	5. Æn.
Æn. 1.	Et circumtextum croceo velamen acantho	
Æn. 2.	Cingitur, & studio videas gestire lavandi.	1. Geo.
Æn. 8.	Procubuit: nequeunt expleri corda tuendo.	Ibid.
Æn. 5.	Et senior retroque pedem cum voce repressit;	2. Æn.
Æn. 2.	Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem	
Æn. 2.	Pressit humi, nitutque hæret defixus in uno.	1. Æn.
Æn. 2.	Primus ibi quibus in medius sic deinde locutus;	5. Æn.
Æn. 9.	Nunc ego te, Domine, aspicio? speravimus ista.	10. Æn.
Geo. 2.	Terrea progenies? unde hæc tam clara repente?	9. Æn.
Æn. 10.	Haud licitum: haud equidem tali me dignor honore;	1. Æn.
Æn. 9.	Nec mea jam mutata loco sententia cedit;	
Æn. 4.	Sic mihi nunc animo fixum: Pronusque Magister	1. Æn.
Æn. 6.	Respondet: Ne præceptis parere recusa:	2. Æn.
Ecl. 3.	Sensibus hæc imis res est non parva, reponas.	
Æn. 12.	Desine jam tandem: quo me decet usque teneri?	5. Æn.
Æn. 5.	Cede Deo, ignarus, venturique inscius ævi:	8. Æn.
Æn. 1.	Præterea haud aliter sedem veniemus in unam.	2. Æn.
Æn. 2.	Talia perstabat memorans. Superaddidit ore	Ibid.
Æn. 2.	Sic fatus Senior: Rex omnipotentis Olympi	14. Æn.
Ecl. 5.	Tu major: tibi me est æquum parere minorem.	9. Æn.
Geo 4.	Jamque pedem referens, atque hæc exempla secuti	Ibid.
Æn. 5.	Una omnes fecere pedem. Tum maximus Heros,	6. Æn.
Æn. 1.	O fortunati, nunc hos, nunc accipit illos	6. Æn.
Æn. 5.	Amplexus placidè, puroque in fonte lavabat.	7. Æn.

Ablutis eorum pedibus, resumptisque, quas deposuerat, vestibus, iterum recubuit, & Sanctissimam Eucharistiam instituit, traditaque Discipulis.

Æn. 12.	Ventum ad supremum est: iterumque adopertus amictu	3. Æn.
Æn. 8.	Ipse sedens, dictis mœrentia pectora mulcet:	1. Æn.
Ecl. 7.	Alternis igitur memoranda inventa Magistri	4. Æn.
Geo. 1.	Exercere, viri: & pacem laudate sedentes,	11. Æn.
Æn. 1.	Dixerat ille: & jam magno inflammatus amore	3. Æn.
Æn. 12.	Suspiciens cœlum Genitori instaurat honores,	5. Æn.
Æn. 8.	Accepitque manu, sacris libamina prima,	6. Æn.
Æn. 8.	Dona laboratæ Cereris: haud multa moratus,	3. Æn.
Æn. 1.	Implevitque mero pateram, dehinc talia fatur:	Ibid.
Æn. 5.	Accipite hæc, nostri monumentum, & pignus amoris,	Ibid.
Æn. 3.	Sanguinis & sacri pateras, corpusque recenti.	6. Æn.

Albo-

Æn. 10. Arboris acclivis trunco, stans hostia ad aram, 5. Geo.
AEn. 2. Venturum excidio. Olli obstupuere silentes: 11. Æn.
AEn. 1. Obstupuit primo aspectu (mirabile visu.) 12. Æn.
Geo. 2. Hos Natura modos: quia sic divinitus illis 1. Geo.
AEn. 1. Nutrimenta dedit. Socios partitur in omnes: Ibid.
Æn. 8. Accipiunt, reddunturque aliis: Sic deinde locutus: 5. AEn.
AEn. 3. Hunc, socii, morem sacrorum mente tenete, Ibid.
AEn. 5. Et qua servetis nostri monumenta doloris. 12. Æn.
AEn. 3. Hic casti maneant in religione sequaces. 4. Geo.

Post aliqua monita prædicit unius proditionem, & omnium scandalum in se.

AEn. 11. Maxima res effecta, viri: timor omnis abesto.
AEn. 1. Durate; & vosmet rebus servare secundis.
AEn. 1. Per varios casus, per tot discrimina rerum
AEn. 3. Tollimur in cœlum. Hæc olim meminisse juvabit. 1. AEn.
Eclo. 9. Interea haud tanto cessabit cardine rerum 1. AEn.
AEn. 6. Tartareus Phlegethon tenebris, cui tristia bella, 7. AEn.
AEn. 7. Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi,
AEn. 11. Consilio versare dolos ingressus, & æstu.
Æn. 11. Arma parate animis, & spe præsumite bellum, Ibid.
AEn. 5. Et prohibete nefas: vobis nunc tempus agi res. 6. AEn.
AEn. 5. Unus erit tantum furto lætatus inani, 4. AEn.
Eclo. 5. Infelix, dirumque nefas in pectore versat: 4. Geo.
Æn. 3. Hinc me digressum (dictu mirabile monstrum) 10. AEn.
AEn. 6. Vendidit hic auro. Non me, quicumque es, inulto 6. AEn.
Æn. 10. Victor, nec longum lætabere: Lumina vitæ, 11. AEn.
Æn. 4. Felix, heu, nimium felix, si concita nunquam 10. AEn.
AEn. 5. Vidisset, tristemque hoc ipso in littore finem.

Aspicientes se invicem hæsitabant, de quo diceret, & contristati sunt valde.

AEn. 8. Extemplo turbati animis simul ore tremebant 8. AEn.
AEn. 1. Illi indignantes magno cum murmure circum,
Æn. 11. Conversique oculos inter se, atque ora tenebant.

Respondit illi Petrus.

Æn. 5. Tum Senior tales referebat pectore voces:
Eclo. 9. Heu cadit in quemquam tantum scelus? heu, tua nobis 1. Eclo.
Eclo. 9. Pæne simul tecum solatia rapta videbo? 8. AEn.
Æn. 11. Haud ita: me patiar quemvis durare laborem.
Æn. 8. Non mihi tarda gelu, seclisque effeta senectus
AEn. 9. Debilitat vires animi, mutatque vigorem:
AEn. 11. Nam quicumque sacrum violarit vulnere corpus, Ibid.
AEn. 11. Morte luet merita. Possit quid vivida virtus,
AEn. 11. Experiare: libet caput objectare periclis.

Ait illi Jesus.

Æn. 12. Talibus occurrit dictis Rex æthereus alti: Ibid.

Nemo

AEn. 5.	Nemo ex hoc numero denſos prorumpet in hoſtes;	10. *Æn.*
AEn. 11.	Non erit auxilio nobis diſcrimine tanto	5. *AEn.*
AEn. 9.	Unus homo; ſi nemo audet ſe credere pugnæ:	5. AEn.
AEn. 9.	Sed celerare fugam in ſilvas, & fidere nocti.	
Æn. 7.	Tu quoque, cum mediam cœli nox humida metam	5. *AEn.*
AEn. 9.	Contigerit, mentem ancipiti formidine preſſus,	3. *Æn.*
Æn. 11.	Ventoſa lingua contra me jurgia finges,	*Ibid.*
AEn. 6.	Nec vidiſſe ſemel: mendacemque improba finget	2. AEn.
AEn. 4.	Fœmina. Sic fatus.	
	At illo ampliùs loquebatur.	
	Contra cui talia reddit	10. *Æn.*
Æn. 3.	Jam Senior: Me ne incepto deſiſtere victum?	1. *Æn.*
Æn. 11.	Ibo animis contra: promitto occurrere turmæ:	*Ibid.*
AEn. 2.	Jam jam nulla mora eſt; ſequor, & qua ducitis, adſum.	
AEn. 9.	Nulla meis ſine te quæretur gloria rebus.	
	Similiter & omnes Diſcipuli dixerunt: & Deo gratiis actis, de menſa conſurgunt.	
Æn. 5.	Talibus incenſi dictis Senioris amici,	
AEn. 4.	(Idem omnes ſimul ardor habet) ſic ore profantur:	10. *AEn.*
AEn. 2.	Si perituris abis, & nos rape in omnia tecum:	
AEn. 3.	Mox tamen ardentes ſequimur te, Sancte deorum.	4 AEn.
AEn. 3.	Et tandem læti, perfecto munere Sacri,	8. *Æn.*
Æn. 8.	Conſurgunt menſis ſanctarum in munere laudum.	*Ibid.*

PETRI

PETRI ANGELI SPERÆ

DE PASSIONE D. N. JESU CHRISTI

VIRGILIOCENTONIS

Liber Secundus.

Erat tunc nox: egreſſuſque eſt Jeſus cum Diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron ad montem Oliveti in Villam, ubi erat Hortus.

Æn. 3. NOx erat, & terris animalia Somnus habebat;
Æn. 9. Laxabant curas, & corda oblita laborum:
Æn. 5. Princeps ante omnes tum ſeſe à mœnibus Heros 3. *Æn.*
Æn. 2. Cum ſociis multo ſuſpenſum numine ducit: 3. *Æn.*
Geo. 3. Raptat Amor; juvat ire jugis felicis Olivæ. 6. *Æn.*
AEn. 4. Incedunt: varioque viam ſermone levabat. 8. *Æn.*
Æn. 6. Tandem trans fluvium penitus convalle virenti *Ibid.*
Æn. 7. Antiqua ex cedro greſſi per opaca viarum, 6. *Æn.*
Eclo. 1. Et jam ſumma procul villarum ad recta ſubibant. 8. *Æn.*
Geo. 4. Sunt propius tectis halantes floribus horti. *Ibid.*

Ibi aſſumpto Petro, Jacobo, & Joanne, cepit contriſtari, pavere, & tadere, ipſiſque præcepit, ut vigilarent, atque orarent.

Æn. 3. Huc ubi delati, delectos ordine ab omni 7. AEn.
Æn. 1. Accipit ille: etiam cœcos inflare tumultus 1. *Geo.*
Geo. 1. Sæpe monet, mœſto dejectus lumina vultu; 6. AEn.
AEn. 10. Quandoquidem nunc ſollicitum timor anxius angit, 9. AEn.
Æn. 1. (Et metus acer erat) pallentem morte futuræ. 8. *Æn.*
Geo. 1. Quæ vigilanda viris, ne cui ſuccumbere culpæ 4. AEn.
Æn. 12. Accidat, incepto tegerent cum lumina ſomno, 4. *Geo.*
Geo. 4. Et modus orandi qui ſit, prius ordine dicit. *Ibid.*

Caperant Diſcipuli orare, ſed præ triſtitia perſeverare non valentes & ſomno correpti ſunt.

Æn. 6. Stabant orantes primum, & præcepta faceſſunt: 9. *Æn.*
Æn. 2. Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis
AEn. 2. Inſinuat pavor, & feſſos ſopor irrigat artus. 3. *Æn.*

Domi-

Dominus avulsus ab eis jactum lapidis mortem à Patre deprecatur.

AEn. 11.	Jamque intra jactum teli progressus in altum,	4. *Geo.*
AEn. 12.	Suppliciter venerans divinum aspirat amorem	8. *AEn.*
Geo 4.	Orando: Genitor propius res aspice nostras:	1. *Æn.*
Æn. 6.	Eripe me his, invicte, malis: miserere laborum	2. *Æn.*
AEn. 2.	Tantorum, miserere animi non digna ferentis.	
AEn. 4.	Oro, si quis adhuc precibus locus, optime Regum,	11. AEn.
AEn. 1.	Consilia in melius tua, qui potes, orsa reflectas.	10. *AEn.*
AEn 10.	Sin sine pace tua, atque invito numine quicquam,	4. AEn.
AEn. 2.	Et sedet hoc animo; da me mora non erit ulla	3. *Ecl.*
AEn 2.	Sanguine quærendi reditus ad sidera cœli,	4. *Geo.*
AEn. 10.	Et tua progenies mortalia demoror arma.	
Geo. 4.	En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem	
AEn. 3.	Subiicio; pulcramque petam per vulnera mortem.	4. *Geo.*

Surgit ab oratione, vemitque ad Discipulos dormientes, quos excitat ad orandum.

Geo. 2.	Nec minus interea socios timet: (omnia secum	11. *Æn.*
AEn. 11.	Versanti subito quis enim modus adsit amori?)	2. *Ecl.*
AEn. 10.	Tunc adiit. Placidum carpebant fessa soporem	8. *AEn.*
AEn. 4.	Corpora per terram, gelidique sub æthere axe.	4. *Æn.*
AEn. 6.	Sic prior aggreditur dictis, atque increpat ultro	
AEn. 10.	Canentem? Potes hoc sub casu ducere somnos?	4. AEn.
AEn. 11.	Cur (inquit) diversus abis? vigilantia fugit?	2. *Geo.*
AEn. 8.	Sermonum memor, & promissi muneris esto.	7. *Ecl.*

Iterum, ac tertio abiit, eundemque in modum gravit.

AEn. 2.	Hæc fatus sublimis abit, sedesque revisit;	1. *Æn.*
Ecl. 4.	Atque iterum: ad tua, Magne Pater, consulta revertor;	11. *Æn.*
AEn. 8.	Adsis o tandem, & propius tua numina firmes,	
AEn. 6.	Quod si tantus amor, tua si mihi certa voluntas,	4. *AEn.*
AEn. 11.	Idque placet, moriemur, & in media arma ruamus,	2. *AEn.*
AEn. 12.	Et solus Mundi crimen commune refellam.	

Has preces offerens cum clamore valido, & lacrymis exaudiens est pro sua reverentia: apparuitque illi Angelus de cœlo confortans eum.

AEn. 1.	Talia voce refert, lacrymis ita fatur obortis;	11. AEn.
AEn. 4.	Hinc exaudiri voces, & verba precantis.	10. AEn.
AEn. 2.	Ecce, levis summo de vertice visus Olympi	5. *Ecl.*
Æn. 11.	Nuncius, ingentes defert mandata per auras	4. *AEn.*
Æn. 11.	Ordine cuncta suo, & dictis solatur amicis:	5. *AEn.*
AEn. 8.	Salve vera Dei proles, sanctum mihi Numen,	*Ibid.*
AEn. 6.	Imperii superi, & divûm tu maxime Rector,	8. *AEn.*
Geo. 1.	Ipse Pater tibi me claro demittit Olympo:	4. *AEn.*
AEn. 9.	Quid dubitas? tanto volvis sub pectore fluctus?	11. *AEn.*
Æn. 12.	Aude; atque adversum fidens fer pectus in hostem.	

Con-

Æn. 11.	Consilium ipse Patet, & magni incepta reposcit.	10. *Æn.*
Ecl. 4.	Aspice convexo nutantem pondere Mundum	
Geo. 1.	In peius ruere: en ingens Acheronte vorago	7. *Æn.*
Æn. 7.	Pestiferas aperit fauces, mandique trahitque	9. *Æn.*
Æn. 10.	Omnes dejecti fundo volvuntur in imo,	6. *Æn.*
Geo. 4.	Magnanimum heroum, quondam dum vita manebat,	3 *Æn.*
Æn. 6.	Sublimes animas, loca nocte silentia late,	*Ibid.*
Geo. 3.	Tartara, habent tristes: superâ ut convexa revisant,	6. *Æn.*
Geo. 2.	Expectant, duplices tendunt ad sidera palmas.	2. *Æn.*
Æn. 10.	Cæcholæ generis lapsi sarcire ruinas	4. *Geo.*
Æn. 3.	Summissi petimus; precibusque infletiere nostris.	12. *Æn.*
Æn. 11.	Primus ego en supplex venio: Miserere tuorum,	
Æn. 9.	At patiens, operum: pacem te poscimus omnes,	21. *Æn.*
Æn. 7.	Dum paci medium te offers justissimus unus	
Æn. 10.	Morte tua: miserere; potes namque omnia: nec te	6. *Æn.*
Æn. 11.	Impediat, segnive metu sententia tardet.	
Æn. 5.	Pertæsum magni incepti, remanque tuarum est?	
Æn. 6.	Tu ne cede malis, sed contra audentior ito:	
Æn. 6.	Vincet Amor, quantos primus patiare, labores.	23. *Æn.*
Ecl. 4.	Aspice, venturo lætentur ut omnia seclo,	
Æn. 10.	Et tua se quantis attollet gloria rebus:	4. *Æn.*
Æn. 4.	Et fore, cum gravida imperiis illa inclyta Roma	6. *Æn.*
Æn. 4.	Templa tibi centum latis immania regnis,	
Æn. 3	Et positis aris votum immortale sacrabit.	8. *Æn.*
Ecl. 3.	Ipse triumphatas utroque ab littore Gentes	3. *Æn.*
Æn. 4.	Oceani, æterna Gentes in pace futuras,	12. *Æn.*
Æn. 6.	Extra anni, Solisque vias, plagamque videbis	12. *Æn.*
Æn. 6.	Mistus in imperium magnum, pro talibus ausis	2. *Æn.*
Geo. 4.	Te, veniente die, te, decedente, vocare.	3. *Æn.*
Geo. 2.	Quin etiam ad tua templa ferent solemnia dona,	9. *Æn.*
Æn. 6.	Quin & supremo tumulo solemnia mittent	*Ibid.*
Æn. 1.	Munera, lætitiamque Dei.	
Æn. 1.	Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt	
Æn. 3.	Solemnes, convexa ponus dum sidera pascet.	1. *Æn.*
Æn. 5.	Jamque vale; torquet medios Nox humida cursus,	
Æn. 9.	Dixit, & in cœlum paribus se sustulit alis.	
Æn. 6.	His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper	
Æn. 6.	Corde dolor tristi: at rursus pugna aspera surgit.	9. *Æn.*
	Et factus in agonia prolixius orat, & sudat sanguinis guttas decurrentis in terram.	
Æn. 10.	Jamque in conspectu ipsius stat quicquid acerbi est	12. *Æn.*
Æn. 12.	Morte pati: Ipse suo tristi cum corde volutat.	6. *Æn.*
Geo. 2.	Inde ubi jam mediis fervoribus acrior instat	3. *Geo.*
Geo. 1.	Tam multas scelerum facies, tot volvere casus,	1. *Æn.*
Æn. 12.	Sanguineus toto manebat corpore sudor.	3. *Æn.*

Æn. 5. Fuſus humi, viridesque ſuper madefecerat herbas.

Et venit tertio ad Diſcipulos dormientes, quos ad occurrendum ſuis hoſtibus excitat.

Æn. 3. Multa movens animo graditur, ſocioſque reviſit: 6. *Æn.*

Æn. 11. Et ſocii toto proſtabant pectore ſomnum. 9. *Æn.*

Æn. 11. Sollicitat, ſuadetque: En hæc promiſſa fides eſt? 6. *Æn.*

Æn. 4. Præcipites vigilate, viri; venientibus ultro 2. *Æn.*

Æn. 9. Acceleremus, ait: nam vis inimica propinquat. 12. *Æn.*

Æn. 4. Dum trepidant alii, manet impertritus ille. 10. *Æn.*

Adhuc eo loquente, ecce Judas cum coborte, & turba multa cum facibus, fuſtibus, & armis.

Æn. 12. Has inter voces, media inter talia verba

Æn. 12. Turba furit; reſonant. Hic torre armatus obuſto, 7. *Æn.*

Æn. 7. Stipitis hic gravidi nodis, quod cuique repertum,

Æn. 9. Protinus armari, rapidi, totoque feruntur 11. *Æn.*

Æn. 11. Agmine, nec longis inter ſe paſſibus abſunt,

Æn. 5. Jactantes manibus magnum reſcindere cœlum, 6. *Æn.*

Æn. 10. Invictum ſuperiſque Jovem detrudere regnis 6. *Æn.*

Æn. 8. Conſonant omne nemus ſtrepitu, colleſque reſultant.

Æn. 6. Ergo inter inceptum peragunt: lucet via longo 11. *Æn.*

Æn. 12. Ordine flammarum, & late æra micantia cernas. 2. *Æn.*

Æn. 4. Infandum caput atque illis comes additur unâ 6. *Æn.*

Æn. 6. Hortator ſcelerum, menſæque aſſuetus herili. 7. *Æn.*

Proditor dederat miniſtris ſignum dicens: Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & duite caute.

Æn. 12. Utque dato ſigno poſſent retinere Magiſtrum 5. *Æn.*

Æn. 2. Dixerat ille dolis inſtructus, & arte rapinæ: 8. *Æn.*

Æn. 1. O ſocii, ne noſter honos, infractave cedat 7. *Æn.*

Æn. 7. Fama loco, quæ dicam animis advertite veſtris: 2. *Æn.*

Æn. 8. Quicquid in arte mea poſſum promittere curæ,

Eclo. 8. Dux ego veſter ero. Experto credite, quantum 11. *Æn.*

Eclo. 8. Improbus ille ſuæ contra non immemor artis 4. *Geo.*

Æn. 9. Mortales medio aſpectus fermone relinquat: 6. *Æn.*

Geo. 3. Addam urbes, mediosque fugam tenuiſſe per hoſtes, 3. *Æn.*

Æn. 12. Non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta.

Æn. 3. Accipite ergo animis atque hæc: nunc viribus uſus, 8. *Æn.*

Æn. 8. Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtra,

Æn. 6. Vis ut nulla virum ſatis contraria noſtris, 7. *Æn.*

Æn. 5. Erepeumque dolo reddi ſibi poſcat inanem: 2. *Geo.*

Æn. 9. Sed vos, o lecti, unanimi denſate catervas, 12. *Æn.*

Æn. 12. Et Regem vobis pugna defendite raptum.

Æn. 5. Pro ſcelus! ECQUID NON mortalia pectora cogis 3. *Æn.*

Æn. 3. Auri ſacra Fames, crimenque caputque malorum? 12. *Æn.*

Æn. 2. Obſedere alii telis anguſta viarum

Æn. 9. Hinc, atque hinc, omnemque aditum cuſtode coronant.

Et con-

Et confestim accedens ad Jesum dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum. Et dicit ei Jesus: Amice, ad quid venisti?

Æn. 1.	Multa malus simulans, atque auri cæcus amore,	*Ibid.*
AEn. 5.	Horrendum & dictu videas mirabile monstrum,	
AEn. 2.	Oscula libavit, funditque has ore loquelas:	5. AEn.
Æn. 5.	Salve sancte Parens, (prætexit nomine culpam)	4. AEn.
Æn. 12.	Olli sedato respondit corde Magister:	5. AEn.
AEn. 6.	Fare, age, quid venias, jam istinc aut quid petis istis?	9. *AEn.*
Eclo. 12.	Scis, ut te cunctis unum mortalibus ævi	3. *Geo.*
AEn. 12.	Prætulerim, cœlique libens in parte locatim;	
AEn. 10.	Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera quondam	4. *Æn.*
Geo. 1.	Tantus amor, potui tantum sperare dolorem?	4. *AEn.*

Deinde Jesus processit, & dixit eis: Quem quæritis? Responderunt: Jesum Nazarenum. Ut ergo dixit eis: Ego sum; abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

AEn. 6.	Dixit, & ante tulit gressum: Quem quæritis? Adsum,	1. *Æn.*
AEn. 1.	Hæc ubi dicta; metu versi, retroque ruentes	10. *AEn.*
AEn. 6.	Procumbunt, subitoque omnis de corpore fugit	12. *Æn.*
AEn. 10.	Effera vis animi, subitus tremor occupat artus.	7. *AEn.*
AEn. 9.	Fit sonus: ingenti concussa est pondere tellus.	
AEn. 9.	Nunc animos, fortes, nunc illas promite vires.	*Ibid.*
Geo. 2.	Ne segnes jaceant terræ: precibusque vocate	7. AEn.
Æn. 2.	Sic Martem indomitum, aut divum referatis ad aures.	3. *Eclo.*

Hoc miraculo ostendit se esse Deum, qui verbo fecit omnia, & ante cujus oculos injusti permanere non possunt.

AEn. 6.	Aspice, ut insignis cœli qui sidera torquet,	8. *AEn.*
Geo. 1.	Fulmina molitur dextra, Solemque reducit,	1. *AEn.*
Geo. 1.	Temporibusque parem diversis quatuor annum,	
AEn. 2.	Armorum facie, & medio turbatus, inermis,	*Ibid.*
AEn. 12.	Ardentes oculorum orbes conjecit in hostem,	*Ibid.*
Geo. 2.	Unde tremor terris, qua vi maria alta tumescunt,	
Æn. 8.	Deiicit in terras florentes ære catervas:	11. AEn.
Æn. 3.	Haud impune quidem, COELUM, qui vertice fulsit,	4. *Æn.*
Geo. 1.	Sæpe etiam spissa jacuit revolutus arena.	5. AEn.

Facta à Christo prostratis potestate surgendi, & in. se manus injiciendi, quis explicet, quam hostiliter eum tractaverint?

Æn. 1.	Corda, volente Deo, & rediere in pristina vires.	12. *Æn.*
AEn. 6.	Tollunt se celeres, & circumfusa repente	1. *AEn.*
Geo. 1.	Hunc inimica super misto premit agmine turba,	11. *Æn.*
Æn. 10.	Uni odisque Viro, telisque frequentibus instant,	
AEn. 9.	Et glomerare manum; ceu sævum turba Leonem	
AEn. 9.	Cum telis premit insensis; rapiuntque tuuntque.	4. AEn.

Talia cernens Petrus, eductо gladio amputavit auriculam Malcho ceteris ferociori.

AEn. 3.	Poſtquam cuncta videt Senior ſuccinctus amictu	11. *AEn.*
Æn. 10.	Circumſtare odia, procedere longius iras,	5. *AEn.*
AEn. 5.	Et ſævire animis, & verbera ſæva ſonare,	6. *AEn.*
AEn. 12.	Stabat acerba fremens: Hodie moriemur inulti?	2. *AEn.*
AEn. 2.	Quo res cumque cadent, unum, & commune periclum,	
AEn. 2.	Una ſalus. Dixit, vaginaque eripit enſem	4. *AEn.*
AEn. 8.	Terribilem; ſtrictamque aciem venientibus offert.	7. *AEn.*
AEn. 10.	Obviùs adverſoque occurrit: ſeque viro vir	
AEn. 10.	Contulit. Ille ictum venientem à vertice velox	5. *Æn.*
AEn. 3.	Excipit incautum; populataque tempora raptis	6. *AEn.*
AEn. 6.	Antibus, & duro crepitant ſub vulnere malæ.	5. *AEn.*
AEn. 2.	Exerſere ignes; is enim ſe primus agebat,	9. *AEn.*
AEn. 7.	Immenſum ſine more furit huc turbidus, atque huc:	9. *Æn.*
AEn. 9.	Focius erit mecum, o juvenes, qui primus in Hoſtem?	
AEn. 3.	Dixerat. I verbis virtutem illud & ſuperbis.	9. *AEn.*
AEn. 5.	Milha multa diret letho, ſic fervidus inſtat	10. *AEn.*
Ibm. 9.	Ille quidem, hoc cupiens fœleratam exſcindere gentem	*Ibid.*

Hoc facto, corripit Petrum Chriſtus; deinde auriculam ſuo loco reſtituit.

AEn. 10.	Quæ contra vetitum diſcordia ſuſcitat arma?	2. *AEn.*
AEn. 10.	Ultro animos tollit dictis, atque increpat Heros:	5. *AEn.*
AEn. 6.	Non hoc iſta ſibi tempus ſpecacula poſcit:	
AEn. 2.	Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis	
AEn. 2.	Tempus eget. Pater huc primis me miſit ab annis,	*Ibid.*
Æn. 5.	Imperio Patris huc venio. Sic iſtur ad aſtra.	9. *AEn.*
Æn. 4.	Si mihi non animo fixum, immotumque ſederet	
Eclo. 10.	Malle pati, poſſem incolumem ſervare Parentem	10. *Æn.*
AEn. 2.	Me bello e tanto digreſſum, & cæde recenti	
Eclo. 5.	Ut mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ,	4. *Eclo.*
AEn. 7.	Cœleſtum vis magna parant defendere telis,	2. *AEn.*
AEn. 2.	Auxiliogue levare arma ſublimibus ardent.	11. *Æn.*
Æn. 12.	Ulterius tentare veto, decernere ferro:	10. *Æn.*
Æn. 8.	Talia carminibus cecinerunt omnia Vates.	5. *AEn.*
AEn. 10.	Nunc ſinite. Interea medicari cuſpidis ictum	7. *AEn.*

Cohors ergò, & Tribunus, & Miniſtri Judæorum comprehenderunt, & ligaverunt Jeſum.

AEn. 10.	Injecere manus, & ſtupea vincula collo	2. *AEn.*
AEn. 2.	Intendunt: teneras arcebant vincula palmas:	*Ibid.*
AEn. 10.	(Indignum) cui tanta Deo permiſſa poteſtas?	9. *AEn.*
Æn. 12.	Et Pater omnipotens ſummo ſedet altus Olympo?	11. *AEn.*
AEn. 10.	Hic Magnus ſedet? hæc oculis Pater aſpicit æquis?	4. *AEn.*
AEn. 4.	Quin potius rapidas tellurem effundat in undas	12. *AEn.*
Æn. 12.	Diluvio miſcens, cœlumque in Tartara ſolvat?	

Opta-

Æn. 11. Optabis Nato funus Pater, hei mihi, dirum? *Ibid.*
Æn. 9. Nec fas: non. Placitone etiam pugnabis amori? 4. *Æn.*
Æn. 12. Quam pro me curam geris, hanc, Pater optime, pro me
Æn. 12. Deponas, mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus, 8. *Æn.*
Æn. 9. Nec potuit; quoniam Deus, æthere missus ab alto, 4. *Æn.*
Æn. 9. Me, me, adsum qui feci: in me convertite ferrum
Æn. 12. Totæ adeò conversæ acies, omnesque Latini:
Æn. 10. Omnes per mortes animam sontem ipse rependam.
1. *Æn.*

In illa hora dixit Jesus turbis: Tamquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me?

Æn. 1. Qui mare, qui terras omni ditione recludit; 10. *Æn.*
Æn. 5. Quis furor iste novus? quo vincula nectitis? inquit. 6. *Eclo.*
Æn. 7. Stipitibus duris agitur, fudibusque prœstis?
Æn. 7. Horrescit strictis leges ensibus, æquique fulgent?
Geo. 2. Collibus, an plano duri me Martis in armis 10. *Eclo.*
Eclo. 2. Sole sub ardenti, an per amica silentia Lunæ 2. *Æn.*
Æn. 9. Convectare juvat prædas, & vivere rapto?

Quotidie apud vos eram in Templo docens, & non me tenuistis: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

Æn. 7. Ipse palam fari media testudine Templi 1. *Æn.*
Eclo. 7. Semper, & assidua postes urgente caterva, 11. *Æn.*
Æn 7. Sede sedens; omnes intentique ora tenebant. 2. *Æn.*
Eclo. 5. Cur non correptum manibus, vinclisque tenere 4. *Geo.*
Geo. 1. Tum, laqueis captare, animis, opibusque parati 2. *Æn.*
Æn. 1. Accessis? Non me potis est vis ulla tenere, 11. *Æn.*
Æn. 8. Non ullum auxilium: nec me vis ulla volentem 12. *Æn.*
Æn. 12. Avertet, Volvenda dies en attulit ultro: 9. *Æn.*
Æn. 11. Advenit quia vestra dies, permissa potestas, 9. *Æn.*
Æn. 6. Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi
Æn. 8. Haud Vatum ignarus: Mihi jussa capessere fas est. 2. *Æn.*

Invehuntur in Christum inimici.

Æn. 9. Illi autem: Causas ne quicquam nectis inanes:
Æn. 12. Verte omnes te te in facies, & contrahe quicquid
Æn. 12. Sive animo, sive arte vales, dabis improbe pœnas; 4. *Æn.*
Eclo. 3. Nunquam hodie effugies. Nostras ne evadere, demens, 9. *Æn.*
Æn. 9. Speraſti te posse manus? fat prata biberunt. 3. *Æn.*
Æn. 2. UNA SALUS victis nullam sperate salutem.

Tunc Discipuli omnes relicto eo fugerunt.

Geo. 3. Tum demum diversa metu per littora passim 4. *Æn.*
Æn. 4. Diffugiunt comites; pedibus timor addidit alas. 8. *Æn.*
Æn. 2. Nunc omnes terrent aurę, sonus excitat omnis
Æn. 12. Semianimes. Ripis, aut alti fornice saxi, 10. *Æn.*
Eclo. 2. Montibus, & silvis, & nocte teguntur opaca; 4. *Geo.*
Æn 6. Secreti & scopulos lacrymosis vocibus implent. 11. *Æn.*
Æn. 11. OCCISO Pastore errant in montibus agnę. 2. *Eclo.*

Trahi-

Trahitur in Urbem Dominus, & in via diſſipatur, factiſque peſſime tractatur.

AEn. 10. Eſt via, qua molli divertitur orbita clivo — 3. *Geo.*
Geo. 3. Saxa per, & ſcopulos, & depreſſas convalles,
Geo. 2. Nec non & torrentem undam cum ponte parato, — 10. *AEn.*
Eclo. 11. Exſuperatque jugum, ſilvaque evadit opaca.
Æn. 9. Hac iter eſt. Globus ille Virum denſiſſimus urget, — 10. *AEn.*
Geo. 4. Circumſtant fremitu denſo, ſtipantque frequentes
Æn. 5. Cuſtodes: ipſumque trahunt in mœnia Regem: — 11. *AEn.*
Æn. 12. Dum trahitur, ſaxis ini procurrentibus hœſit — 5. *AEn.*
Eclo. 6. Captus, & hirſuti ſecuerunt corpora vepres, — 3. *Geo.*
Geo. 3. Labitur infelix: tum creber anhelitus artus, — 5. *AEn.*
AEn. 5. Aridaque ora quatit; ſudor fluit undique rivis;
Geo. 1. Et paſſim ſparſi rorabant ſanguine vepres. — 8. *AEn.*
AEn. 7. Reſpice: purpureus quondam color ora reliquit, — 11. *AEn.*
AEn. 3. Et crines flavos, & membra decora juventæ.
Eclo. 5. Hæc ea forma Dei vultu redeuntis eodem, — 4. *AEn.*
Æn. 1. Vultu, quo cœlum, tempeſtateſque ſerenat?
AEn. 9. Quæſitum en Matri multis balatibus Agnum
AEn. 9. Martius à ſtabulis rapuit Lupus. Inter & hoſtes, — 2. *AEn.*
Geo. 2. Et patiens, placida compoſtus pace quieſcit, — 1. *AEn.*
AEn. 10. Nec cuiquam iraſci tranſverſa tuentibus hirquis. — 3 *Eclo.*
AEn. 3. Turba ſonans prædam, properans adventat ad urbem. — 11. *Æn.*

Effundit ſe Turba Urbs cum plauſu ad videndum Chriſtum, jam omnium ludibrio objectum.

AEn. 7. Fama volat, furiiſque domos, & mœnia complet. — 11. *Æn.*
AEn. 2. Undique viſendi ſtudio populuſque, Patreſque — 9. *AEn.*
Geo. 4. Erumpunt portis: concurritur undique: clamor — 9. *Æn.*
Æn. 11. Diſſenſu magnus vario ſe tollit in auras.
AEn. 10. Cernis, ut inſultent? ſequitur tum cetera pubes, — 7. AEn.
AEn. 7. Clamat, Jo: ludiſque viæ, plauſuque fremebant. — 8. *AEn.*
AEn. 4. Ingreditur tectis urbis ſine fine furentis: — 2. *Æn.*
AEn. 1. Ingeminant plauſum, ſtrepitumque & ſtrata viarum — *Ibid.*
Æn. 5. Collucent; noctem flammis funalia vincunt. — 1. AEn.

Siſtitur Caipha, Principi Sacerdotum, apud quem Scriba, & Seniores erant: & ab eo de Diſcipulis, ac de doctrina interrogatur.

AEn. 11. Concilium ipſe Pater vocat alta in templa Sacerdos. — 6. *AEn.*
AEn. 8. Jamque Sacerdotes, cœdiſque inſana cupido, — 9. *AEn.*
AEn. 2. Succedunt tecto. Quoniam eſt oblata facultas, — 4. *AEn.*
AEn. 1. Unius infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. — 2. *Æn.*
AEn. 5. Cum Princeps ſuper hæc inimico pectore fatur, — 11. *AEn.*
AEn. 8. Et primùm: Ingentem comitum affluxiſſe novorum — 2. AEn.
AEn. 2. Invenio, admirans numerum, genus omne notantum: — 3. *Geo.*
Geo. 3. Tum magis, atque magis blandis gaudere Magiſtri

Lau-

Geo. 3. Laudibus, & plausu. Tu nunc eris alter ab illo, 5. Eclo.
Geo. 4. Qui viridem Ægyptum magnis terroribus implet, 11. Æn.
AEn. 6. Et septem gemini turbat trepida ostia Nili,
AEn. 1. Terram inter fluctus aperit & littore rubro, 8. AEn.
AEn. 1. Jura dabat, legesque viris de montibus altis? 10. AEn.
AEn. 4. Quid super ipse tua moliris laude sonandum? 3. Geo.
AEn. 2. Scilicet hæc & quæ sit rebus causa novandis? 4. AEn.
Respondit Jesus, se palam mundo locutum, & nihil in occulto: & ideo interrogaret eos, qui audierant.
AEn. 10. Ille autem impavidus placido sic pectore cepit: 1. AEn.
Æn. 10. Talibus & dictis it contra dicta Tyranni:
AEn. 9. Princeps, si prima repetens ab origine pergam, 1. AEn.
Æn. 11. Oceanum interea surgens Aurora relinquet. 7. Æn.
Æn. 3. Hoc fat. erit: scio me concursu accedere magno 1. AEn.
Æn. 5. Templa Dei. Causas penitus tentare latentes; 3. AEn.
Æn. 6. Excussisse fidem; aut gentes agitare quietas, 10. Æn.
Eclo. 3. Non nostrum inter vos. Quæ tandem verba locutus, 8. AEn.
Geo. 3. Omnia jam vulgata virum volitare per ora, Ibid.
Æn. 10. Per te non dubiis poteris cognoscere signis. 4. Geo.
AEn. 3. Hæc sunt, quæ nostra liceat te voce doceri: 6. AEn.
Geo. 1. Maxima quæque aliis post commemoranda relinquo. 4. Geo.
His dictis, unus assistens Ministrorum dedit alapam Jesu, dicens: Sic respondes Pontifici?
Geo. 4. Hic verò subitum, ac dictu mirabile monstrum
AEn. 6. [Scilicet id sperans magnum fore munus honori 3. AEn.
AEn. 3. Nunc victoris heri] assistens sic ore profatur: 10. Æn.
Æn. 12. Non pudet, o subito tales effundere voces, 5. Æn.
Eclo. 1. Nec tam præsentes alibi cognoscere divos?
AEn. 2. Ora Dei, jussu torquet qui sidera Mundi, 9. Æn.
AEn. 5. Perculit; ingentumque omnes effudit habenas, 12. AEn.
Æn. 9. O, adversa cadat scelerata insania, belli 7. AEn.
AEn. 10. Dexteraque ex humero nervis moribunda revulsis. 8. AEn.
Geo. 3. Concussusque Deus circum caput egit honestum, 2. Geo.
AEn. 3. Dissilisse ferunt mistosque in sanguine dentes. 5. Æn.
Eclo. 3. Quid Domini facient, audent cum talia fures?
Respondit ei Jesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cedis?
AEn. 5. Ille autem ora modis attollens pallida miris, 1. AEn.
Æn. 8. Tum sic pauca refert: Quid me alta silentia cogis 10. AEn.
AEn. 10. Rumpere, & obductam cordis vulgare quietem? 4. AEn.
Geo. 1. Si verò, tantumque bonis communibus obsto. 11. AEn.
AEn. 2. Fando aliquid si forte tua pervenit ad aures.
AEn 6. Die, age, namque mihi damnabis tu quoque votis: 5. Eclo.
AEn. 4. Si bene; quid quassus immani vulnere malas? 9. Æn.

Princeps Sacerdotum, & omne Concilium quærebant falsum Testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent, & non invenerunt, cum multi falsi Testes accessissent.

Æn. 11.	Ergo Concilium magnum, cui lumen ademptum	3. *Æn.*
Æn 4.	Invidia est, ardent animi, furor, itaque mentem	2. *Æn.*
Æn. 2.	Præcipitare jubent, dum præcipitare potestas,	4. *Æn.*
Æn. 4	Sic adeò insistit secum, causasque requirit	6. *Æn.*
Æn 1.	Insontem falso damnari crimine mortis.	2. *Geo.*
Æn. 7.	Hic & (infandum) cuncti contra omnia jura	4 *Æn.*
Æn. 7.	Mille nocendi artes, & inania murmura miscent.	8 *Ecl.*
Æn. 2.	Talibus insidiis quamquam nil, testibus illis	*Ibid.*
Æn. 1.	Credita res; namque ora sono discordia signant.	

Novissime duo falsi Testes affirmant de destructione Templi, ac readificatione illius post triduum; neque fuit conveniens Testimonium eorum.

Æn. 6.	Et tandem extremis spes est accensa duobus.	3. *Æn.*
Æn. 9.	Attollunt capita, atque arrectis auribus adstant.	1. *Æn.*
Æn 5.	Ingenti præter solitum dulcedine lœti,	1. *Geo.*
Æn. 5.	Illi e Concilio, pertentant gaudia pectus.	1. *Æn.*
Æn. 6.	Continuo audiit voces. Hunc vidimus ipsi	10. *Ecl.*
Æn 4.	Talia dicentem jamdudum voce superba	7. *Æn.*
Æn. 12.	Dejecturum arces Templi, excidioque daturum:	
Geo. 3.	At tribus exactis spatiis propioribus evi,	9. *Æn.*
Æn. 1.	Ter cum sole novo terras irrorat Eous,	1. *Geo.*
Æn. 16.	Inde aliud, dixit, Templum de marmore ponam.	3. *Geo.*
Geo. 3.	Cum spes arrecta, variis sententia dictis,	11. *Æn.*
Æn. 18.	Viribus haud ullis valuit, frustratur inantes.	6. *Æn.*
Ecl. 2.	Ecce, doli circum hæc demum frangantur inanes.	4. *Geo.*
Ecl. 3.	O quoties, & quæ sentis perjuria gentis,	4. *Æn.*
Æn. 10.	Omnipotens, quin & torques tu fulmina contra?	*Ibid.*

Et exsurgens Summus Sacerdos interrogavit Jesum, dicens: Non audis quæ isti adversum te testificantur? Jesus autem nihil respondit.

Æn. 9.	Princeps ardenter solio se tollit ab alto,	8. *Æn.*
Æn. 9.	Asper, acerba tuens (& turbida terret imago)	4. *Æn.*
Æn. 10.	Irritatque virum telis, & voce lacessit;	
Æn. 9.	Obstitunt quæ multa, vides? discrimine tali	*Ibid.*
Æn. 4.	Nec, quæ circumstent te, deinde pericula cernis,	
Æn. 6.	Demensæ nec Zephyros audis spirare secundos?	2. *Geo.*
Æn. 2.	Ille nihil, tantum egregio decus enitet ore.	4. *Æn.*

Et rursum Summus Sacerdos adjuravit Jesum, ut diceret, an ipse esset Christus, filius Dei.

Æn. 12.	Tum vero affurgunt iræ, cui summa potestas,	10. *Æn.*
Æn. 10.	Ardet apex capiti, & habent redimicula mitræ.	9 *Æn.*
Æn. 5.	Clamorem in medio rapidus dedit, æstuat ira;	9. *Æn.*

Per

Ecl. 8.	Per cujus jurare timent, & fallere Numen	6. *Æn.*
Æn. 10.	Mortales, mihi hęc edifſere vera roganti;	2. *Æn.*
Æn. 1.	Tu ne ille, magnum cęli ventura ſub axem	6. *Æn.*
Ecl. 4.	Chara Dei ſoboles, magnum Patris incrementum?	
Æn. 7.	Quid tua ſancta fides? ſic nos in ſceptra reponis?	1. *Æn.*
	Jeſus ait illi: Tu dixiſti. Veruntamen amodo videbitis Filium hominis ſedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus cæli.	
Æn. 4.	Olli (ſenſit enim ſimulata mente locutum)	
Geo. 2.	Jam ſum reſponſum paucis ita reddidit Heros;	6 *Æn.*
Æn. 3.	Ne dubita, nam vera vides; neque dicta refello;	4. *Æn.*
Æn. 1.	Ille ego, qui quondam cęli de parte ſerena	9. *Æn.*
Æn. 9.	Nube ſedens, magna medius comitante caterva	5. *Æn.*
Æn. 12.	Deſcendam, & certis poteris cognoſcere ſignis.	1. *Geo.*
	Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemavit. Quid vobis videtur? At illi reſponderunt: Reus eſt mortis. Hinc Chriſtus illuditur, velatur, & caditur.	
Æn. 5.	Vix hęc ediderat magni Regnator Olympi,	10 *Æn.*
Geo. 4.	Cum clamore ruit magno, & diſcindit amictus	12. *Æn.*
Æn. 5.	Princeps ante omnes, oculis micat acribus ignis;	12. *Æn.*
Æn. 7.	Tum quaſſans caput hęc effudit pectore dicta:	
Æn. 10.	Nunc pereat; nobiſque ſuo det ſanguine pœnas.	
Æn. 5.	Cędere deinde jubet pugnis, atque unguibus ora;	10. *Æn.*
Æn. 1.	Flagranteſque Dei vultus obnubit amictu;	10. *Æn.*
Geo. 3.	Cędunt; & lęti magno clamore fremebant.	8. *Æn.*
	Petrus ſecutus Dominum uſque in atrium Principis Sacerdotum, ut videret finem, interrogatus à Miniſtris, & ab Ancilla de Chriſto, metu mortis ter negat noſſe hominem, addito inſuper juramento, & imprecationibus.	
Æn. 9.	Atque ea diverſa penitus dum parte geruntur,	
Æn. 6.	Jam Senior ſervans, quę mox ventura trahantur,	4. *Geo.*
Æn. 6.	Proſequitur lacrymans longe, & miſeratus amicum,	3. *Æn.*
Æn. 2.	Veſtibulum ante ipſum, primoque in limine tecti	4. *Geo.*
Ecl. 5.	Ante focum in curas animo diducitur omnis.	5. *Æn.*
Æn. 7.	Veſtibulo adſtabant alii; nomenque, genuſque	10. *Æn.*
Æn. 1.	Inſtant ardentes ſcitari, & quęrere cauſas.	2. *Æn.*
Æn. 8.	Suſpiciunt iterum, atque iterum; dux fœmina facti,	1. *Æn.*
Æn. 2.	Ille autem varia confuſus imagine rerum	12. *Æn.*
Æn. 11.	(Præcipitant curę, turbataque funere mens eſt.)	
Æn. 2.	Proſequitur pavitans, & ficto pectore fatur;	
Æn. 2.	Teſtor Numen [ait] terram, mare, ſidera juro,	12. *Æn.*
Æn. 6.	Nec vidiſſe ſemel. O quę ſatis ima dehiſcat	12. *Æn.*
Æn. 12.	Terra mihi, maneſque Deus demittat ad imos.	
Æn. 8.	Qui genus? unde domo? genus & neſcimus, & urbem.	7. *Æn.*

Eclo. 9. Neſcio quid certè eſt, & conſcia ſidera teſtor. 9. AEn.
AEn. 10. Ter circum adſtantem in medio fine nomine plebem 9. AEn.
AEn. 2. Abnegat; inceptoque, & ſedibus hæret in iiſdem.
Adhuc Petro loquente, Gallus iterum cantavit. Et recordatus verbi Domini egreſſus foras flevi amare.
AEn. 1. Cum ſubito aſſurgens fato ſacer ales ab alto 11. AEn.
Eclo. 6. Cantando rigidas effudit ad æthera voces; 8. AEn.
AEn. 3. Cum ſubito diſcuſſę umbręˇ, & lux reddita menti eſt. 12. AEn.
AEn. 1. Ut primum lux alma data eſt, exire; profectus 3. AEn.
AEn. 5. Tunc Senior mœſtis late loca queſtibus implet, 4. AEn.
AEn. 3. Et multum lacrymas verba inter fingula fundit,
AEn. 12. Canitiem immundo perfuſam pulvere turpans;
AEn. 11. Ingemuitque, dedítque has imo pectore voces;
Æn. 5. Infelix, quę tanta animum dementia cepit?
Æn. 10. Tanta ne te tenuit vivendi corde voluptas
AEn. 10. Morte tua vivens? ò quę ſatis ima dehiſcat 11. AEn.
AEn. 12. Terra mihi: o liceat crudelem abrumpere vitam; 8. Æn.
AEn. 9. Aut tu, Magne Pater, infeſto fulmine morti, 5. AEn.
Æn. 5. Si mereor, demitte; tuaque hic obrue dextra;
AEn. 5. Si conceſſa peto; nec turpi ignoſce ſenectę. 3. Geo.
Eclo. 8. Talis amor, virtus, animuſque in pectore præſens? 5. AEn.
AEn. 9. Deficere? curſúque pedum prævertere ventos? 7. AEn.
AEn. 11. Non hęc, o Senior, dederas promiſſa Magiſtro 3. Eclo.
Ad ſui increpationem, & confuſionem quadam Chriſti inſignia geſta, & beneficia ſibi collata rememorat: primumque tranſfigurationem in monte Tabor cum voce Dei Patris e nube.
Æn 1. Atque equidem memini, & nimium meminiſſe neceſſe eſt; 6. AEn.
Geo. 2. Cum poſitis novus exuviis, nitidúſque juventa
AEn. 2. Viſus adeſſe mihi ante alios pulcherrimus omnes 4. AEn.
AEn. 9. Inſignis facie, qualis cum cærula nubes 8. AEn.
AEn. 8. Solis inardeſcit radiis, longęque refulget;
Æn. 1. Ambroſięque comę divinum vertice odorem
AEn. 1. Spiravere; pedes veſtis defluxit ad imos,
AEn. 2. Viſa mihi ante oculos lata candore nivali 3. AEn.
AEn. 6. Quique pii Vates, nati melioribus annis, Ibid.
Æn 8. Flos veterum, virtuſque virûm, quos ille Taburnum 2. Geo.
AEn. 5. Advocat, & licito tandem fermonè fruuntur. 8. AEn.
AEn. 7. Hic Pater omnipotens oſtendit ab æthere nubem, Ibid.
AEn. 10. Tum de nube cava vox reddita fertur ad aures; 3. AEn.
AEn. 7. Hęc mea progenies, mea magna potentia ſolus. 2. AEn.
Æn. 3. Audite, o proceres, ipſum, & ſpes diſcite veſtras.
AEn. 2. Nos pavidi trepidare metu; calor oſſa reliquit; 9. AEn.
Geo. 4. Haud mora, continuo medio procumbere campo. 3. Geo.
Eclo. 2. Ipſe, ego ipſe Deum manifeſto in lumine vidi; 4. AEn.
Æn. 12. Sermonem patrium, vocemque his auribus hauſi. 4. AEn.

Nec

AEn. 6. Nec vidisse semel? genus & nescimus, & urbem? 7. *AEn.*
Eclo. 8. Nescio quid certe est? terram, mare, sidera juro? 12. *AEn.*

Repetit gloriosum, triumphalemque ingressum Jerosolymam die Palmarum.

AEn. 4. Nec venit in mentem, heu, rerum oblite tuarum; *Ibid.*
Æn. 7. Ante urbem pueri, & primævo flore juventus,
AEn 4. Gaudens, & pariter ramos, & brachia tollens, 2. *Geo.*
Geo. 4. Matres, atque viri, mediis in millibus ipsi; 21. *Æn.*
Geo. 4. Cum properant, lætumque Choro Pæana canentes: 6. AEn.
AEn. 10. Conclamant socii lætum Pæana secuti,
AEn. 6. Et lateri agglomerant nostro, & comitantur ovantes: 1. *Geo.*
Geo 3. Sæpe in honore Deum læto clamore salutant, 3. *AEn.*
Geo. 4. Præterea Regem, & claniorem ad sidera tollunt? 10. *Æn.*
AEn. 1. Arte laboratæ vestes, & pinguis oliva, 3. *Eclo.*
AEn. 3. Et palmæ, pretium victoribus ardua palma, 2. *Geo.*
Eclo. 7. Strata jacent passim, sua quà via ducit in urbem? 9 *Eclo.*
AEn 4. Intrantem muros, quo non præstantior alter, 6 AEn.
Æn. 3. Excipiunt plausu? Divini signa decoris, *Ibid.*
AEn 5. Ardentesque notare oculos: qui spiritus illi,
Æn. 3. Qui vultus, vocisque sonus, vel gressus eunti?
AEn. 8. Qui genus? unde domo? terram, mare, sidera juro, 12. AEn.
AEn. 6. Nec vidisse semel? Projecta viltor alga 7. *Eclo.*
Eclo. 1. Stultus ego, tantumque nefas nostro excidit ore? 2. AEn.

Reminiscitur, cum à Domino super procellosum mare ambulante sibi etiam super fluctus ire permissum est.

Geo. 2. Quid memorandum æque, cum primum surgere, cunq; 6. *Eclo.*
Geo. 1. Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Geo. 1. Et fœdam glomerant tempestatem? unda dehiscent, 1. AEn.
Eclo 6. Ah, timidos nautas potuit submergere ponto. 1. *AEn.*
AEn. 1. Et jam finis erat navis surgentibus undis, 6. *AEn.*
Æn. 3. Jamque rubescebat stellis Aurora fugatis,
AEn. 7. Vel mare per medium cum vertice montis ab alto *Ibid.*
Eclo. 10. Venit, qui potuit rerum cognoscere causas, 2. *Geo.*
Eclo. 6. Jussit & afflictis melius confidere rebus. 1. AEn.
AEn. 6. Tunc egomet tales effudi pectore voces: 5. *Æn.*
Geo. 1. Si Deus immensi venias maris, ac tua nautæ
Geo. 1. Numina sola colant, tua gratia dictione jubeto 10. AEn.
Æn. 12. Nunc ad te. Quia nota mihi tua, Magne, voluntas, 11. *AEn.*
AEn. 2. Descendo multis circumlatrantibus undis 7. *Æn.*

Videns vero ventum validum timuit, & cum caepisset mergi, manu Domini invocati apprehensus salvatus est, ventusque cessavit.

AEn. 5. Consurgunt venti: cort in præcordia sanguis: 10. *AEn.*
Æn. 12. Ipsius ante oculos rapidus vorat æquore vortex. *Ibid.*

AEn. 4.	Auxilium imploro. Palmas cum voce tetendit,	2. AEn.
AEn. 8.	Accepitque manu, dextramque amplexus inhæſit.	
Æn. 7.	Tum venti poſuere, omniſque repente reſedit	
Eclo. 4.	Spiritus, & dicto citius tumida æquora placat,	1. *AEn.*
AEn. 11.	Hæc mea magna fides, cœli cui ſidera parent?	10. *Æn.*
Eclo. 8.	Neſcio quid certe eſt? & conſcia ſidera teſtor?	9. AEn.
Eclo. 1.	Stultus ego, tantumque nefas noſtro excidit ore?	2. *Æn.*
	Fatetur ex piſcatore ſe factum à Chriſto Dominum Cœli, & Terræ.	
Geo. 3.	Jam maris immenſi prolem noſteſque, dieſque	6. AEn.
AEn. 9.	Venatu aſſiduo ſolitus contendere contra,	5. AEn.
Eclo. 1.	Pauperis, & tuguri duros perferre labores,	6. AEn.
Eclo. 2.	Atque humiles habitare caſas rerum omnium egenus:	1. AEn.
AEn. 11.	Ille mihi ante alios Rex ætheris altus honorem,	11. AEn.
AEn. 1.	Imperium ſine fine dedit, terramque, polumque	2. *AEn.*
Eclo. 5.	Judicio noſtro ſub religione tueri,	2. AEn.
AEn. 6.	Parcere ſubjectis, detrudere ſimbus hoſtem.	7. *AEn.*
AEn. 6.	Ipſius à ſolio Regis ſupera alta tenentis.	*Ibid.*
	Proſequitur facti panitentiam.	
Geo. 3.	Quid labor, aut benefacta juvant? heu, perdita: necdum	4. AEn.
Æn. 6.	Terribiles viſu formæ, lethumque momordit:	11. *Æn.*
Eclo. 1.	Quid, cum frigida Mors anima ſeduxerit artus?	4. AEn.
AEn. 12.	Auctor ego audendi, quem non potuere phalanges,	12. *AEn.*
Æn. 8.	Nec belli terrere minis, nec ſternere ferro.	7. AEn.
Geo. 4.	Immemor, heu, victuſque animi? dux fœmina facti?	1. AEn.
AEn. 4.	Fœmina, quæ noſtris varium, & mutabile ſemper.	*Ibid.*
AEn. 8.	Cum patribus, tantum venientis ſibilus Auſtri,	5. *Eclo.*
Æn. 8.	Dejecit ſaxum? ſi tantum pectore robur	11. *AEn.*
AEn. 7.	Præferimus, cur indecores in limine primo	11. *Æn.*
Æn. 11.	Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?	
AEn. 4.	Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus,	
AEn 8.	Et matutini volucrum ſub lumine cantus,	
AEn. 2.	Afflictus vitam in tenebris, luctuque trahendo,	
AEn. 5.	Conſtituam longas in fletum ducere voces,	4. AEn.
Æn. 4.	Abluam & in ſeram commiſſa piacula mortem.	6. *Æn.*
AEn. 6.	Heu miſer, ut perii! ut me malus abſtulit error!	8. *Eclo.*
AEn. 2.	Erranti tu parce, genus qui ducis Olympo,	6. *AEn.*
AEn. 9.	Cetera parce; tuum maculavi crimine nomen.	10. *Æn.*
AEn. 5.	Summe Pater, ſerva hanc animam, & miſerere precantis:	10. *AEn.*
AEn. 5.	Et te lapſorum miſeret: miſerere tuorum.	11. *Æn.*
AEn. 6.	Sic fatur lacrymans, curiſque ingentibus æger,	1. *AEn.*
Æn. 10.	Caniciemque ſibi fœdans, & pectora pugnis,	4. *AEn.*
AEn. 6.	Antrum immane petit: nec tempore ſegnior illo	8. *AEn.*
Æn. 2.	Luctus, nec dulci declinat lumina ſomno:	4. AEn.
Geo. 4.	Hæc ſuper illum abſens abſentem auditque, videtque	4. AEn.

Multa-

Æn. 11. Multaque ſe inculat caſu perculſus iniquo. 6. *Æn.*

A concilio dimiſſo ad Auroram quot irriſionum, pœnarumque generibus impiiſſimi Miniſtri, Judæorum ſuaſu, & pollicitationibus, Chriſtum affecerint, inenarrabile eſt.

Æn. 1. Interea magno noctem cuſtodia ducit 9. *Æn.*

A *Æn.* 9. Inſomnem ludos certantque illudere Capto. 2. *Æn.*

Æn. 2. Quis cladem illius noctis, quis triſtia facta *Ibid.*

Æn. 2. Explicet? aut poſſit lacrymis æquate dolores? 1. *Æn.*

PETRI

PETRI ANGELI SPERÆ

DE PASSIONE D. N. JESU CHRISTI

VIRGILIOCENTONIS

Liber Tertius.

Et confestim mane summi Sacerdotes cum Senioribus, & Scribis Concilium congregant, quo Jesum duxerunt, & interrogarunt, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis.

Æn. 12.	Postera vix summo spargebat lumine montes	
Geo. 1.	Tithoni croceum linquens Aurora cubile:	
Geo. 3.	Sævit & in lucem Stygiis emissa tenebris	
Æn. 10.	Pallida Tisiphone, mediisque in millibus ardet.	1. *Æn.*
Geo. 3.	Ruit sub curia Patrii, atque oculis vigilantibus exit;	5. *Æn.*
Geo. 3.	Invidia infelix: furiisque accensa nota	7. *Æn.*
Æn. 11.	Cogere Concilium cunctis ex more vocatis.	5. *Æn.*
AEn. 11.	Olli convenere: fluuntque ad regia plenis	
Æn. 12.	Tecta viis: sedet in mediis Templique sacerdos.	7. *AEn.*
AEn. 7.	Sævit amor ferri, & scelerata insania cædis	3. *AEn.*
Æn. 2.	Unius in miseri exitium: Conitia virgo	7. *AEn.*
AEn. 12.	Pervolat ingenti per regia tecta tumultu.	11. *Æn.*
AEn. 2.	Ecce, manus Juvenem interea post terga revinctum	
AEn. 6.	Conventus trahit in medios, gentemque togatam.	1. *AEn.*
AEn. 7.	Prospicit Hunc (mistoque ingens exorta tumultu	3. *AEn.*
AEn. 3.	Lætitia) & fari jubet, & responsa reposcit	11. *AEn.*
Æn. 8.	Gens eadem: Ut supplex aris imponat honorem,	1. *AEn.*
Geo. 1.	An Deus immensi cœlo descendit ab alto?	8. *AEn.*
AEn. 12.	Et Pater omnipotens promisso munere donat	5. *Æn.*
Æn. 4.	Mortales visus tot jam labentibus annis?	2. *Æn.*

Ait illi: Si vobis dixero, non credetis mihi; si autem interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.

Æn. 6.	Atque huic responsum paucis ita reddidit Heros:	
Ecl. 2.	Dispectus tibi sum, & quis sim quæris? & ipsa	2. *Geo.*

Nota

AEn. 5.	Nota tibi mea, si non irrita, dicta, putares:	10. Æn.
Ecl. 1.	Quid facerem arcanos etiam tibi credere sensus?	4. AEn.
AEn. 2.	Aft, ubi jam patriæ perventum ad limina sedis,	
Æn. 3.	Ipse Pater dextram, perfecto lætus honore,	Ibid.
Ecl. 1.	(Namque erit ille mihi semper Deus, omnia plena)	3. Ecl.
Geo. 2.	Ingentem cœlo tanta dabit indole dignam.	10. AEn.
	Et surgens omnis multitudo eorum vinctum adduxerunt eum ad Pilatum.	
Æn. 6.	Hæc ubi dicta dedit; ipsa ad Prætoria densi	4. Geo.
Æn. 6.	Usia omnes ruere: informant Unum omnia contra.	Ibid.
	Judas interim pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum in Templo, dicens:	
	Peccavi tradens sanguinem justum.	
AEn. 9.	Nec longum in medio tempus, cum perfidus ille	4. AEn.
AEn. 8.	Cuncta videns, magno curarum fluctuat æstu:	
Æn. 4.	Huc, illuc volvens oculos, animumque labantem,	Ibid.
AEn 4.	Ardet abire fuga, tot Erinnys sibilat hydris,	7. AEn.
AEn. 4.	Et Diræ ultrices figunt sub pectore tædas.	7. Æn.
Æn. 11.	Necnon ad Templum Lupus insidiatus ovili,	9. AEn.
Æn. 12.	Præcipitansque moras omnes, vestigia torsit.	3. AEn.
AEn. 10.	Ingemuit miserans graviter, scelus omne retexit:	1. AEn.
AEn. 10.	Cælati argenti vestra, inquit, munera vobis	5. AEn.
AEn. 4.	Accipite hæc, meritumque malis avertite crimen.	
AEn. 5.	Consiliis: liquidis immisi fontibus apros.	2. Ecl.
AEn. 4.	Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,	
AEn 12.	Esto nunc, Sol, testis, & hæc mihi terra precanti;	
Ecl. 1.	Namque (fatebor enim) cum me malus abstulit error	8. Ecl.
Ecl. 1.	Sed tamen iste Deus nobis, quo justior alter,	1. AEn.
AEn. 1.	Nec pietate fuit, quà Sol utrumque recurrens	7. AEn.
AEn. 7.	Aspicit Oceanum super & Garamantas, & Indos.	6. AEn.
	At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris: Et projectis argenteis abiens furibundus varia volvit in animo.	
AEn. 7.	His ubi ne quicquam dictis furibunda Ministros	3. Geo.
AEn. 7.	Contra stare videt, & conscia numina veri.	2. AEn.
Geo. 1.	Despicere; atque adytis hæc tristia dicta reportat:	2. AEn.
AEn. 7.	I nunc, ingratis offer te, irrise, capistris;	3. Geo.
AEn. 6.	Audit: obtutu tacito stetit, æstuat ingens	12. Æn.
Æn. 12.	Imo in corde pudor, mistoque insania luctu:	
AEn. 6.	Tandem prorupit se se, atri turbinis instar,	11. Æn.
AEn. 11.	Conscius audacis facti, silvasque petivit.	Ibid.
AEn. 10.	Se causam clamat, crimenque, caputque malorum:	
AEn. 12.	Multaque per mæstum demens effata furorem,	
Geo. 4.	Et graviter frondens volucres dispersit in auras;	11. AEn.
AEn. 11.	Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces:	
AEn 4.	En, quid agam? aut quæ jam spondet fortuna salutem?	12. AEn.

Magna

Geo. 4.	Magna lues commiſſa tibi : has & magnus Olympus	3. *Geo.*
AEn. 9.	Suſcitat, & pœnas inimico à ſanguine ſumit .	11. *AEn.*
AEn. 2.	Et tibi pro ſcelere (exclamat) pro talibus auſis	
Æn. 5.	Non vires alias, converſaque numina ſentis,	
Geo. 4.	Immemor, ignaras rerum, ingratuſque ſalutis :	10. *AEn.*
Æn. 3.	Heu, fuge crudeles terras, fuge littus avarum :	
Geo. 3.	Solis ad occaſum ventis pete regna per undas ,	4. AEn.
AEn. 10.	Vel quamcumque viam dederit fortuna , ſequamur ;	12. AEn.
AEn. 12.	Convenit amiſſo fluitantem errare Magiſtro	5. AEn.
Eclo. 2.	Quem fugis, ah demnes? quæ mentem inſania mutat,	4. *Æn.*
AEn. 6.	Infelix? dixere Deum namque ire per omnes	4. *Geo.*
Geo. 4.	Terraſque, tractuſque maris, cœlumque profundum:	
AEn. 4.	Omnibus umbra locis aderit ſua triſtis imago.	6. AEn.
Æn. 6.	Sævior intus habet ſedem tum Tartarus ipſe,	
AEn. 9.	Et mecum ultrices poſuere cubilia Curæ .	6. AEn.
AEn. 5.	Infelix, cui te exitio fortuna reſervat?	
AEn. 9.	Auxilium aut quod jam miſero mihi denique reſtat?	2. *AEn.*
	Angeli Cuſtodis internus afflatus.	
AEn. 3.	Haud mora, continuo quærenti talibus ille,	1. *Æn.*
Æn. 6.	Qui datus hærebat Cuſtos: Quà ſemina monſtrat,	1. AEn.
AEn. 6.	Ire ad conſpectum chari Genitoris, & ora :	
AEn. 8.	Supplicibus ſuperare votis, veniamque precare .	3. *AEn.*
	Judas ait.	
AEn. 1.	Ergo his Aligerum dictis affatur Iniquus:	4. *Geo.*
AEn. 4.	Quæ quibus anteferam jam ob tantum dedecus amens?	10. *Æn.*
	Hortatur Angelus.	
AEn. 7.	Ille autem attollit, animis audacibus implet:	*Ibid.*
AEn. 12.	Perge; decet: forſan miſeros meliora ſequentur,	
Eclo. 10.	Et Deus ille malis hominum miteſcere diſcat.	
	Seoum iterat Judas .	
Geo. 4.	Hic verò inſiſtit ; ſecumque ita corde volutat	4. *AEn.*
Eclo. 8.	Jungentur jam gryphes equis? miſcebitur hoſtis?	2. *Æn.*
AEn. 10.	Mutative putas illum? ſpes paſcis inanes.	
AEn. 8.	Illum indignanti ſimilem, ſimilemque minanti,	
Æn. 8.	Turbatumque oculis, ardentem, & torva tuentem	6. *AEn.*
AEn. 8.	Aſpiceres. Facies, & non tolerabile Numen	5. AEn.
AEn. 1.	Erroreſque tuos, vultus, ſimulataque verba,	*Ibid.*
AEn. 11.	Verba redargueret, ridens ſic orſa viciſſim :	7. AEn.
Æn. 5.	Salve ſancte Parens. fugite hinc, latet anguis in herba.	3. *Eclo.*
AEn. 3.	Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto	
AEn. 3.	Supplice ſic merito ; nam me complexus euntem	11. *Æn.*
Æn 6.	Addiderat ſocium, atque alto ſuccedere cœlo:	4 *Geo.*
AEn. 6.	Prodigiis & nos aliquod nomenque, decuſque	2. *Æn.*
AEn. 2.	Geſſimus: Invidia cœlo dejecit ab alto.	5. AEn.
Geo. 3.	O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,	

Agri-

Geo. 2.	Agricolas: ignotum argenti pondus, & auri	2. *Æn.*
Eclo. 3.	His. Utinam ex vobis unus, veſtrique fuiſſem,	10. *Eclo.*
Eclo. 19.	Aut cuſtos gregis, aut maturæ vinitor uvæ.	
Æn. 2.	Accipere, heu, quæ me tellus, quæve æquora poſſunt?	
AEn. 2.	Hic mihi neſcio quod trepidо male numen amicum	
AEn. 2.	Confuſam eripuit mentem, & ſic fatur ad aurem:	5. *Æn.*
Æn. 6.	Noctes, atque dies patet atri janua Ditis.	
AEn. 4.	Quid loquor? aut ubi ſum? ſequitur lupus ipſe capellam.	2. *Eclo.*
Eclo. 2.	Eheu, quid volvi miſero mihi? nigra videre	6. AEn.
Æn. 6.	Tartara. Si nequeo ſuperos, Acheronta movebo.	7. *Æn.*
	Inculcat Satanæ divinæ miſericordiæ deſperationem.	
AEn. 4.	Quem ſimul ac tali perſenſit peſte teneri	
AEn. 6.	Spiritus, intus agit, trepidanti fervidus inſtat;	10. *Æn.*
AEn 4.	Solando cupit & dictis lenire dolentem:	*Ibid.*
AEn. 4.	Fia, licet triſtes animo deponere curas:	4 *Geo.*
Geo. 2.	Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat auctor	
AEn. 7.	Contra fata Deum flecti ſperare precando.	6. *Æn.*
AEn. 3.	Incaſſum fletus; ſpe multum captus inani:	11. *AEn.*
AEn. 4.	Scilicet id ſuperis labor eſt jam parcere genti.	6. *AEn.*
Geo. 4.	Sed tu deſine velle Deum; nam maximus ultor:	8. AEn.
Æn. 7.	I nunc, atque hoſtem ſupplex affare ſuperbum.	4. AEn.
	Inſiſtit à laude proditionis, probter quam apud inferos aſſerit illi cum ingenti latitia paratam coronam.	
AEn. 4.	Eja, age, rumpe moras; melioribus utere fatis,	6. AEn.
AEn. 12.	Utere ſorte tua: te ſperant Tartara regem.	1. *Geo.*
AEn. 7.	Ipſe patet Pluton prælato invidit honori	5. *AEn.*
Æn. 6.	Excuſſiſſe Deum. Inſignis gloria facti	12. AEn.
AEn. 12.	Nunc certe cingit viridanti tempora lauro.	5. *AEn.*
AEn. 10.	Nunc etiam manes dextra, lævaque frequentes	6. AEn.
AEn. 8.	Infernas reſerant ſedes, & te quoque dignum	*Ibid.*
AEn. 5.	Intenti expectant (levium haud ſpectacula rerum)	4. *Geo.*
AEn. 6.	Et pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt:	
Æn. 11.	Nec gens ulla tuos æque celebrabit honores.	
	Levat metum Tartari à ſocietate magnorum virorum.	
Æn. 1.	Solve metus: feret hæc aliquam tibi fama ſalutem;	
AEn. 10.	Hoc ſolamen erit; Erebi deſcendit ad umbras	6. *Æn.*
AEn. 1.	Troius Æneas, genus alto à ſanguine divum,	5. *AEn.*
AEn 7.	Turnus avis, atavique potens, Rex ipſe Latinus,	11. *Æn.*
Æn. 8.	Auguſtus pulcra Troianus origine Cæſar.	1. *Æn.*
AEn. 6.	Quid memorem Alcidem toties, quid Theſea magnum,	
Æn. 8.	Æneadas magnos, Agamemnoniaſque phalanges,	6. AEn.
Æn. 1.	Atridas, Priamumque, & ſævum ambobus Achillem?	
Æn. 6.	Vis & Tarquinios reges? animamque ſuperbam	
AEn. 6.	Ultoris Bruti, Marios, magnoſque Camillos,	2. *Geo.*
Geo. 2.	Scipiadas duros bello? diviique videbis	4. *Eclo.*

Ecl. 4.	Permiſtos heroas, & ipſe videberis illis.	
	Minuit horrorem mortis à facilitate expirandi.	
Æn. 12.	USQUEadeone mori miſerum eſt? fugit ocyor Euro	*Ibid.*
AEn 4.	Dilapſus calor, atque in ventos vita recedens.	12. *AEn.*
	A præmiis poſt mortem.	
AEn 11.	Fel x morte tua Gemmis, auroque coronam,	1. AE*n.*
Geo. 2.	Pramique, ingentes Romanorumque triumphos	8. AE*n.*
Æn. 1.	Accipies. Meriti tanti non immemor unquam,	9. *AEn.*
AEn 1.	Et dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet	
AEn 7.	Rex, genus egregium, genus inſuperabile bello.	4. *AEn.*
AEn 12.	Quæ nunc deinde mora eſt? aut quis jam talia demens	4. *AEn.*
AEn 4.	Abnuat? aut nabit tecum contendere honore?	10. *Ecl.*
Æn. 9.	Hanc ſine me ſpem ferre tui: audentior ibo.	
AEn. 2.	Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtam.	
AEn. 1.	Occultum inſpirans ignem ſic forte precatur,	6. *AEn.*
AEn. 6.	Incenditque animum famæ venientis amore.	
	Aſſentitur Satana Judas, ſed de mortis genere conſilium petit.	
AEn. 11.	Auditis ille hæc gemitu cum talia reddit:	2. AE*n.*
Æn 11.	Et nunc cedo equidem, quod tota mente petiſti:	4. AE*n.*
Ecl. 10.	Ecquis erit modus? aut quo nunc me tramite ſiſtam?	6. *AEn.*
AEn. 10.	(Hæc memorans animo nunc hue, nunc fluctuat illuc,	
Æn. 10.	Fluctibus an jaciat mediis à vertice velox,	5. *Æn.*
Ecl. 3.	An latebras animæ, pectus mucrone recludat,	10. AE*n.*
AEn. 4.	Inviſam quærens quamprimum abrumpere lucem.)	
	Suadet Satanas ſuſpendium.	
AEn. 8.	Talibus Alecto dictis incendia miſcet:	2. *AEn.*
Geo. 2.	Per ramos victor, perque alta monilia pende:	7. *AEn.*
Æn 4.	DEGENERES animos timor arguit: eja, age, ſegnes	3. *Geo.*
Geo. 3.	Rumpe moras; vocat ingenti te janitor Orci	8. *Æn.*
AEn. 12.	Lætitia exultans. FACILIS deſcenſus Averni.	6. AE*n.*
Æn. 5.	Inſtigat; nec ferre videt ſua gaudia ventos.	10. *Æn.*
	Judas vitam, & ſalutem in penitus deſperatis habens ſuſpendit ſe.	
AEn. 4.	Decrevitque mori. Nigreſcunt omnia circum,	11. AE*n.*
Geo. 3.	Et faciem nox atra cava circumvolat umbra,	2. AE*n.*
Æn. 12.	Arrectæque horrore comæ; ſic deinde locutus:	5. *AEn.*
AEn. 10.	Nunc vivo, neque adhuc homines, lucemque relinquo,	
AEn. 2.	Quidve moror? tædet cœli convexa tueri.	4. AE*n.*
AEn. 10.	Alitibus linquere feris circumque, ſuprague;	7. *Æn.*
AEn. 9.	Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.	
Æn. 1.	Jam cœlum, terramque meo ſine nomine linquo:	11. AE*n.*
Ecl. 3.	Et longum formoſe Vale Rex omnibus idem;	10. *AEn.*
AEn. 11.	Æternumque Vale, cœli quibus annuis arcem;	1. *AEn.*
AEn. 10.	Nec mortem horremus, nec dinùm parcimus ulli;	

Omnia

Ecl. 8. Omnia vel medium fiant mare. Pallidus Orcus, 1. *Geo.*
AEn. 6. Gorgones, Harpyæque, & forma triſtis Erinnys, 2. *AEn.*
Æn. 6. Portitor ille Charon, inferni janua regis. *Ibid.*
AEn. 10. Deſine, jam venio moriturus. Vos mihi manes 12. *AEn.*
AEn. 12. Eſte boni; quoniam ſuperis averſa voluntas:
AEn. 4. Accipite hanc animam; hoc morientis munus habete. 8. *Ecl.*
AEn. 2. (Apparent diræ facies de ſedibus imis, 4. *Geo.*
Æn. 4. It nigrum campis agmen: totuſque moveri 5. *AEn.*
AEn. 3. Mons circum, & mugire, ululatuſque ore dedere) 12. *AEn.*
AEn. 12. Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta,
AEn. 2. Et monſtrum infelix ramo frondente pependit. 7. *Æn.*
Geo. 4. Multa reluctanti obſtruitur & ſpiritus oris; *Ibid.*
Ecl. 2. Torva, & in æternam clauduntur lumina noctem, 10. *Æn.*
AEn. 11. Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras.
Quoniam non licebat Judæis Paſcha manducaturis intrare Prætorium, exit ad eos foras Pilatus, à cuius Miniſtris interim in ipſo Prætorio Chriſtus cuſtoditur.
Æn. 6. Ecce, Gubernator Tyrio conſpectus in oſtro 3. *Geo.*
AEn. 4. Tandem progreditur magna ſtipante caterva.
AEn. 7. Imperat: & ſolio mediis conſedit eburno 6. *AEn.*
Æn. 12. Conſpectu in medio procerum, plebiſque Patrumque; 2. *Æn.*
AEn. 11. Et Captum tecti in medio in penetralibus altis 7. *AEn.*
AEn. 2. Cuſtodes lecti Phœnix, Hypanisque, Dymaſque, *Ibid.*
Æn. 2. Theſſandrus, Sthencluſque duces, & dirus Orodes, 10. *Æn.*
Æn. 8. Bronteſque, Steropes, & itias, & Pandarus ingens, 9. *AEn.*
AEn. 2. Prædam aſſervabant. Canibus data præda Latinis, 9. *AEn.*
AEn. 7. Fecit qui cœlum ſtellis fulgentibus aptum, 11. *Æn.*
AEn. 5. Ipſe gravis, graviterque ad terram lumina torquens 3. *Geo.*
AEn. 10. Expoſitus ſtabat, & centum vinctus aheneis 1. *AEn.*
AEn. 1. Poſt tergum nodis, animum labefactus amore. 4. *AEn.*
AEn. 2. Veſtibulum ante ipſum [nam religione parentum 7. *AEn.*
AEn. 6. Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen
AEn 8. Romulidis) clamorem ad cœli ſidera tollunt 11. *AEn.*
Æn 12. Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.
Æn. 11. Antiqui ſoliti Patres accumbere menſis 7. *AEn.*
AEn. 6. Inſontes: oculos, & ſiccum ſanguine guttur, 8. *AEn.*
AEn. 9. Impaſtus ceu plena leo per ovilia turbans,
Geo. 4. Hi motus animorum, atque crudelia ſecum 2. *AEn.*
Geo. 1. Monſtra ferunt Erebi. O terque, quaterque beati 1. *Æn.*
AEn. 7. Religione ſacra, ſi mens non læva fuiſſet. 1. *Ecl.*
Dixit eis Pilatus: Quam accuſationem affertis adverſus hominem hunc? & ceperunt accuſare eum in multis.
Æn. 1. Sceptra tenens patriis acer Romanus in armis: 9 *Geo.*
AEn. 3. Quid miſerum vinclorum immenſa volumina verſant 5. *Æn.*

AEn. 5.	Hic Juvenèm egregium? placido prior edidit ore.	7. AEn.
AEn. 9.	Talibus accensi Regi responsa ferebant:	*Ibid.*
AEn. 8.	Maxime, cui Regnum Italiæ, Romanaque tellus,	4. *Æn.*
AEn. 10.	Et servare modum, pacique imponere morem,	6. AEn.
AEn. 2.	Justitia quæ dedit gentes frenare superbas;	
AEn. 8.	Aspice, qui cocant populi: vox omnibus una:	5. AEn.
AEn. 12.	Tangit honos omnes. Adyti marisque relictis	2. *AEn.*
AEn. 6.	Venimus, & magnos casus cognoscere nostros	2. *Æn.*
Æn. 3	Expediet. Culpam ferro compesce prius, quam	3. *Geo.*
Geo. 3.	Dira, per incautum serpant contagia, vulgus.	
Æn. 8.	Is genus indocile, ac dispersum littora circum,	3. *AEn.*
AEn. 6.	Aut qui divitiis soli incubuere nefandis,	5. AEn.
AEn. 5.	Excipit, ac falsi implevit genitoris amore:	1. *Æn.*
AEn. 9.	Rectores hominum, & rerum dedit esse Magistros.	
Eclo. 1.	Non unquam manibus liquidos dant ordine fontes,	4. *Geo.*
Æn. 5.	Corripiuntque dapes, contactuque omnia fœdant:	3. *AEn.*
Æn. 1.	Cura penum struere: vastaque voragine Gurges	6. AEn.
Æn. 3.	Est simul expletus dapibus, vinoque sepultus,	
Geo. 2.	Inde subit, mediæque minans illabitur urbi.	2. *Æn.*
AEn. 10.	Exitium magnum, tot quando stragis acervos	11. *AEn.*
AEn. 6.	Conclamat Vates, horrendumque intonat armis.	12. AEn.
AEn. 4.	Horrendum dictu: mens effera, nec quid inausum,	8. *AEn.*
AEn. 8.	Aut intentatum scelerisve, dolive relinquit.	1. *Geo.*
AEn. 1.	Spem vultu simulat, premit altum corde venenum:	2. *Geo.*
Æn. 3.	Et potis unanimes armare in prælia fratres,	7. AEn.
AEn. 11.	Consilio versare domos, murosque, virosque.	2. *AEn.*
AEn. 4.	Orgia nocturnusque vocat, secreta frequentant.	6. AEn.
Geo 3.	Cocyti auxilis semper stetit impius: ex quo	2. *Æn.*
AEn. 12.	Scire potestates herbarum, usumque medendi,	
Geo. 3.	Morborum quoque se causas, & signa profatur,	1. AEn.
Geo. 3.	Cum furit, atque artus depascitur arida febris.	
Geo. 4.	Suscitat & turpi dilapsa cadavera tabo.	3. *Geo.*
AEn. 4.	Horrendum monstrum formas se vertit in omnes,	4. *Geo.*
AEn. 9.	Et procul ex oculis subito, ceu fumus in auras	4. *Geo.*
Geo. 4.	Commistus tenues, fugit in diversa volando,	6. *AEn.*
AEn 4.	Quin potius ventis, & fulminis ocyor alis,	5. AEn.
Geo. 2.	Insanumque forum, atque improvida pectora turbat,	2. *AEn.*
Geo. 2.	Ipse dies agitat festos nec legibus ullis.	2. *AEn.*
AEn. 6.	Castigatque, auditque dolos, subigitque fateri;	
AEn. 4.	Et se carminibus promittit solvere mentes	
AEn. 2.	Criminibus, cœlique libens in parte locare	22. *Æn.*
Æn. 4.	Quas velit: aut aliis duras immittere curas,	
Geo. 4.	Ignemque horribilem, strepitumque Acheruntis avari.	2. *Geo.*
Geo. 4.	Per populos dat jura, viamque affectat Olympo:	
AEn. 7.	Arte nova patriis se epulandum apponere mensis.	4. *AEn.*

Impe-

AEn. 3. Imperat, & nostros ea fata manere nepotes. 2. *AEn.*

Novissime accusant, quod filium Dei se fecerit, subverterit gentem eorum: prohibuerit tributa dari Cæsari, seque dixerit Christum Regem esse.

AEn. 6. Ibat ovans, divumque sibi poscebat honorem; *Eclo.* 1. Quamvis huic mater, quamvis atque huic pater adsit, 4. *Eclo.*
Geo. 1. Vilibus hic stratis opera ad fabrilia surgit, 8. *AEn.*
Æn 8. Hæc vitam tolerare colo, tenuique Minerva.
AEn. 6. Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris:
AEn. 7. Perfidus, alta petens primos sibi poscat honores? 11. *Æn.*
Geo. 4. Mores, & studia, & populos, & fœdera jungens 12. *AEn.*
AEn. 8. Invidet imperium, Romana invidet arces. 4. *AEn.*
Geo. 4. Deterior qui visus eo? te, maxime Cæsar, 2. *Geo.*
AEn. 8. Dona recognoscens populorum, ærisque metalla 2. *Geo.*
AEn. 11. Exigua, ingenti merito sed debita Patri,
AEn. 2. Insequitur; jam jamque virum diffundit in ora, 4. *AEn.*
Æn. 5. Hortaturque viros: & ni tua cura resistat, 2. *AEn.*
AEn. 2. Ausus quin etiam voces jactare per urbes, 3. *AEn.*
Eclo. 3. Et nobis idem, Regem se dicere posci. 8. *AEn.*
Eclo. 1. De cœlo Regni trabeamque insignia nostri, 11. *Æn.*
AEn. 7. Et sceptra accipere, & primos attollere fasces,
AEn. 11. Et sellam, tristi turbatus tempore differt. *Ibid.*
Eclo. 10. Non illum nostri possunt mutare Magistri: 3. *Geo.*
AEn. 5. Nec nos obniti contra: nec tendere tantum
Æn. 5. Sufficimus; superat quoniam Romana propago. 6. *AEn.*
Geo. 3. Ergo omni studio custodi, & consule longe: 9. *AEn.*
AEn. 5. Nec tantis mora prodigiis; it fama per urbes: 4. *AEn.*
Æn 4. Sed cadat ante diem; pariter det sanguine pœnas 11. *AEn.*
AEn. 6. Causa mali tanti.

Intrat Prætorium Pilatus, & interrogat Jesum, esset ne ipse Rex Judæorum? Cui respondit: Regnum meum non est de hoc mundo, &c.

Se se fortissimus heros, 6. *AEn.*
Geo. 2. His animadversis, casus cognoscere tantos, 3. *AEn.*
AEn. 8. Infert angusti subter fastigia tecti:
Æn. 8. Exquiritque, auditque Virum nova regna petentem. 1. *Æn.*
AEn. 1. Expleti mentem nequit: os, oculosque loquentis 8. *AEn.*
Æn. 8. Jamdudum & totum lustrabat lumine corpus.
AEn. 1. Miratur: hærent infixi pectore vultus. 4. *AEn.*
Æn. 11. Nec minus & Misæ sortem miseratus iniquam, 6. *AEn.*
AEn. 2. Auxilioque levare Verum secum ipse volutat. 12. *AEn.*

Pilatus iterum exivit ad Judæos, dicens: Ego nullam invenio causam in hoc homine.

AEn. 5. Post acer se se & tectis citus exulit altis, 11. *Æn.*
AEn. 12. Hostibus insultans dictis, ac talia fatur: 5. *AEn.*

Quid

Æn. 6. Quid ſcelerum tantas audetis tollere moles 2. *Æn.*
Æn. 6. Hujus in adventu? Quæ ſit ſententia? poſco. 5. *Æn.*
Æn. 7. Ille, velut pelagi rupes immota, reſiſtit:
Æn. 6. Nullæ hic inſidiæ tales: injuria longe: 1. *Æn.*
Æn. 11. Juſtitiæ quacunque viam virtute petivit: 12. *Æn.*
Æn. 10. Nil ſuper imperio moveor; non talia curat: 10. *Ecl.*
Geo. 2. Illum non populi faſces, non purpura ragum
Æn. 10. Arripuit, ſubitaque animum dulcedine movit, 11. *Æn.*
Geo. 3. Cum fugit, & ſe ſe frondoſis montibus abdit, 7. *Æn.*
Æn. 8. Poſtquam exempta fames inter deſerta ferarum 7. *Æn.*
Æn 7. Conſilio Hunc omnes, animiſque volentibus ultro 4. *Geo.*
Æn. 4. Tradiderant regno: vulgatur fama per urbem. 12. *Æn.*
Æn. 9. Terra autem in manibus noſtris, & corpore, & armis, 11. *Æn.*
Æn. 12. Hic pietate prior terris oſtendit honeſtum, 4. *Geo.*
Æn. 6. Nec mortale ſonans & neſcia fallere vita. 2. *Geo.*
Ecl. 8. Ut vidi, ut ſtupui pro majeſtate ſuorum 11. *Ecl.*
Æn. 8. Sermonum! Illum aliquid magnum, vimque affore verbo 10. *Æn.*,
Æn. 4. Credo equidem, nec vana fides, genus eſſe Deorum.

At illi tanto magis inflabant accuſantes, quos nihilominus Pilatus placare conatur, ſed fruſtra; omnino enim Chriſti morte inhiabant,

Æn. 12. Flectitur haud quaquam dictis violentia turbæ:
Geo. 3. Tum magis, atque magis ſceleratas ſumere pœnas 2. *Æn.*
Geo. 3. Ardebant. Mollitque animos, & temperat iras 1. *Æn.*
Æn. 5. Ipſe Gubernator pietate inſignis, & armis. 6. *Æn.*
Æn. 10. Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amicis, 2. *Æn.*
Æn. 7. Mollius & ſolito loquitur de more; ſed auræ 9. *Æn.*
Æn. 9. Omnia diſcerpunt, & nubibus irrita donant:
Geo. 4. Namque uno ingentem clamorem ad ſidera tollunt 10. *Æn.*
Geo. 3. Ore omnes; unoque omnes eadem ore fremebant, 11. *Æn.*
Geo. 2. Scilicet & ſævam nullo diſcrimine cædem 12. *Æn.*
Æn. 3. Faucibus expectant ſiccis, genus acre luporum. 3. *Geo.*

Audiens Pilatus Jeſum eſſe de poteſtate Herodis, qui & ipſe tunc ad celebrandum Paſcha venerat Jeroſolymam, miſit eum ad Herodem.

Æn. 9. Quid faciat? qua vi Juvenem, quibus audeat armis
Æn. 12. Eripere, & laxos jam, jamque immittere funes 8. *Æn.*
Æn. 7. Captivi? auxilioque viam, quæ proxima, poſcit: 12. *Æn.*
Æn. 11. Cedat jus proprium regi, qui tempore eodem 2. *Geo.*
Æn. 2. Venerat & magna juvenum ſtipante caterva 1. *Æn.*
Æn 6. Sedibus optatis ſolennes ducere pompas, 3. *Geo.*
Æn. 7. (Hæ ſacris ſedes epulis de more veruſto.) 11. *Æn.*
Geo. 1. Continuò magno ad regem clamore trahebant 8. *Æn.*
Æn. 6. Egregium forma Juvenem, qui temperat æquor, 1. *Æn.*
Æn. 6. Luentemque globum Lunæ, terraſque jacentes. 1. *Æn.*

Herodes

Herodes viſo Jeſu gavisus eſt valde; jamdiu enim ipſum videre cupiebat eoquod audierat multa de ipſo; ſperabatque ſignum aliquod videre fieri ab eo.

Æn. 1. Poſtquam introgreſſi: ingenti perculſus amore — 2. *Geo.*
AEn. 2. Compellere Virum, coramque agnoſcere vultus, — 3. AEn.
AEn. 10. Totus collocens, oſtroque inſignis, & auro, — 4. *AEn.*
AEn. 12. Oblato gaudens, ſolio rex inſit ab alto: — 11. *AEn.*
AEn. 6. Veniſti tandem, tuaque expectata petenti — 1. *Ecl.*
AEn. 3. Hic incredibilis rerum fama occupat aures
AEn. 12. Supra homines, ſupra ire deos. Tibi maxima rerum, — 9. AEn.
AEn. 9. Verborumque fides: ſed famam extendere factis, — 10. *AEn.*
AEn. 10. Hoc virtutis opus. Si quid præſentius audes, — 12. AEn.
AEn. 9. Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis.

Interrogat inſuper Jeſum Herodes, num ipſe eſſet ille, propter quem ejus pater olim tot infantes occiderat?

AEn. 3. Fare, age, & à prima die [inquit] origine nobis: — 2. *AEn.*
Geo. 1. Anne manus inter, mœſtorumque ora parentum — 2. *AEn.*
AEn. 10. Tot nati cecidere, mei genitoris amore — *Ibid.*
Æn. 4. Te propter? plenos ſpumanti ſanguine rivos — 9. *Æn.*
AEn. 1. Cernere finitimi longe, lateque per urbes? — 6. AEn.

Aut, num eſſet Joannes, quem ipſe paulo ante, cum diem natalis ſui celebraret, in carcere juſſerat decollandum?

Ecl. 8. Credimus, an qui amans inter ſpelæa ferarum — 10. *Ecl.*
AEn. 4. Degere more feræ, velatur corpora ſetis, — 3. *Geo.*
AEn. 8. Pellibus in morem cinctus, quem vidimus ipſi — 1. *AEn.*
Æn. 2. Jampridem inviſum caput à cervice revulſum — 4. *Geo.*
AEn. 1. Regales inter menſas, ad ſidera rurſus — 7. AEn.
AEn. 7. Ætheris, & ſuperas cœli veniſſe ſub auras?

Interrogabat item eum in multis ſermonibus. At Jeſus nihil reſpondit.

Æn. 10. Talia vociferans affatur voce ſuperba; — 7. *AEn.*
AEn. 4. Multaque præterea ſtudio jactabat inani. — 2. *Ecl.*
AEn. 5. Ille autem incepto vultum ſermone movetur, — 6. AEn.
AEn. 6. Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes,
AEn. 2. Ad cœlum tandens ardentia lumina ſemper. — 4. *Geo.*

Stabant & Principes Sacerdotum, & Scribæ conſtanter accuſantes Jeſum.

Geo. 1. Nec minus interea, nec longe ſcilicet hoſtes — 11. *Æn.*
AEn. 2. Crimiuibus terrere novis, clamoribus inſtant. — 10. *AEn.*
Geo. 4. Ut mare ſollicitum ſtridet refluentibus undis,
Geo. 4. Æſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis,
AEn. 12. Haud ſecus accenſus gliſcit violentia turbat.

Surgit

Sprevit illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit, indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Et facti ſunt amici Herodes, & Pilatus; nam ante ea inimici erant invicem.

Æn. 7.	At rex ſollicitus, nec voci, iræque pepercit.	2. *Æn.*
Ecl. 2.	Dixit & extemplo: (neque enim reſponſa dabantur)	
Æn. 2.	Quid tantum inſano juvat indulgere? reducant,	*Ibid.*
Æn. 7.	Imperat; & lætus verbis odia aſpera movit.	2. *Æn.*
Æn. 11.	Turba ducum (namque omnis cum ſtipata regebat)	
Geo. 2.	Tum varie illudunt, peſtes, ac juſta faceſſunt	4. *Æn.*
Æn. 7.	Certatim regis, circumque exercitus omnis.	11. *Æn.*
Æn. 6.	His actis, propere veſte, atque inſignibus albis	10. *Æn.*
Æn. 10.	Indutum, & magno læti clamore reportant.	3. *Geo.*
Æn. 5.	Inſenſi facta pariter nunc pace feruntur.	
Æn. 12.	Cuncta ſuo qui bella potens ſub numine torquet,	
Æn. 6.	Itque, reditque viam toties per tela, per hoſtes,	2. *Æn.*
Æn. 10.	Vim cunctam, atque minas perfert plebiſque Patrumque.	2. *Geo.*
Æn. 5.	Tantane tam patiens hominum, rerumque Repertor?	11. *Æn.*

Pilatus convocatis Principibus Sacerdotum, Magiſtratibus, & Plebe, denuo Chriſti liberationem ſuadet, at incaſſum; nam illi magis inflabant accuſantes, ut morte multaretur.

Æn. 4.	Ecce iterum ſtimulat Romanæ ſtirpis origo,	12. *Æn.*
Æn. 1.	Sceptra tenens, animos iterum tentare precando	4. *Æn.*
Æn. 4.	Cogitur & ſupplex, qua numina voce moveret,	4. *Geo.*
Æn. 11.	Dent libertatem.	
Geo. 4.	Sed quanto ille magis tot ſe ſe vertit in ora,	7. *Æn.*
Æn. 7.	Heu ſtirpem inviſam, tolli miſerabile corpus	11. *Æn.*
Æn. 7.	Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis	
Æn. 9.	Conclamat: ſceleſtus & formidine crimen acerbat.	11. *Æn.*

Studens Pilatus liberationem Jeſu, in memoriam illis reducit conſuetudinem liberandi unum ex vinctis in Paſchate, & quo facilius id aſſequeretur, proponit eum Jeſu Barabbam, inſignem latronem, ſeditioſum, homicidam, qui tamen liberatus eſt, damnato Jeſu.

Geo. 4.	Omnia tentanti dem hæc ſententia fedit.	12. *Æn.*
Æn. 8.	Jam tum religio Patrum redeuntibus annis	*Ibid.*
Geo. 1.	Eſt, cum carceribus ferro, & compagibus arctis	1. *Æn.*
Æn. 6.	Incluſi pœnam expectant; præque omnibus unum	3. *Æn.*
Æn. 8.	Avulſum ſolvit. Veteris ſtat gratia facti	4. *Æn.*
Ecl. 1.	Libertas, quæ ſera, tamen poſt tempore venit,	*Ibid.*
Æn. 7.	Horrida præcipue cum Gens, atque aſpera cultu	5. *Æn.*
Geo. 4.	Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum	
Æn. 3.	Servitio enixe: ſpolia & de rege ſuperbo	11. *Æn.*

Rettu-

Æn. 5.	Rettulit, & priscos docuit celebrare quotannis.	1. *Ecl.*
Æn. 4.	Talibus aggreditur vim duram, & vincula Capto	4. *Geo.*
Æn. 9.	Eripere: at qua spe inimica in gente moratur?	4. *Æn.*
Æn. 4.	Heu, Vatum ignari, immemores, cæcique furore!	2. *Æn.*
Ecl. 5.	Pro molli viola, pro purpureo narcisso,	
Geo. 3.	Horrentesque rubos, & amantes ardua dumos	
Ecl. 3.	(Insanire libet) perverso numine poscunt.	7. *Æn.*
Geo. 1.	Et quidem scelere ante alios immanior omnes,	1. *Æn.*
Æn. 11.	Seditione potens, dederat qui maxima vitæ,	3. *Æn.*
Æn. 11.	Et miseros toties in aperta pericula cives,	11. *Æn.*
Æn. 6.	Prensantemque uncis manibus videre frequentes,	3. *Geo.*
Æn. 2.	Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.	
Æn. 10.	STERNITUR (infelix) potuit quæ plurima, Virtus:	11. *Æn.*
Geo. 4.	Eligitur, alitur Vitium, vivitque tegendo.	3. *Geo.*
	Ad Pilatum pro Tribunali sedentem misit Uxor, dicens, ne se causæ Christi misceret; sic enim in somniis monita terribilem in modum fuerat.	
Æn. 6.	Egregia interea conjux, exterrita monstris,	5. *Æn.*
Æn. 8.	Talibus affata est dictis, simul ipsa precatur	4. *Geo.*
Æn. 5.	Rectorem: Quæ me suspensam insomnia terrent?	4. *Æn.*
Æn. 4.	Quis novus hic nostris successit sedibus Heros?	10. *Æn.*
Æn. 7.	Nunc repero: portenta deûm terroribus obstant.	*Ibid.*
Æn. 1.	Parce pio generi, Ducis & tu concipe curam:	11. *Æn.*
Æn. 4.	Adsis o, placidusque juves, charissime conjux.	8. *Æn.*
Æn. 3.	Parce pias scelerare manus: genus ab Jove summo,	6. *Æn.*
Æn. 1.	Os, humerosque Deo similis, moresque, manusque,	6. *Æn.*
Æn. 3.	Missus adest. Ne vana putes hæc fingere somnum.	8. *Æn.*
	Pilatus inter Christi innocentiam, & Judæorum invidiam fluctuat.	
Æn. 1.	Frangit ut assiduis hinc, atque hinc vocibus heros,	4. *Æn.*
Æn. 4.	Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,	
Æn. 4.	Ne quid inexpertum prior, ambiguumque relinquat.	5. *Æn.*
Æn. 10.	At parte ex alia medios volat ecce per hostes	12. *Æn.*
Æn. 11.	Obliqua Invidia graviter spirantibus hydris,	7. *Æn.*
Æn. 4.	Pectoribus inhians, atque ossibus implicat ignem	7. *Æn.*
Æn. 6.	Tartareum, rursusque procul clamoribus instant:	10. *Æn.*
Æn. 4.	Mortem orat; sævitque animis ignobile vulgus.	1. *Æn.*
Æn. 12.	Sed Romana potens Itala virtute propago:	
Æn. 11.	Ne vero, ne me ad tales impellite cædes,	2. *Æn.*
Æn. 6.	Respondet: tantumque animis certatis iniquis?	10. *Æn.*
Æn. 1.	Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?	
Æn. 8.	Regem ad supplicium rapit inclementia mortis?	3. *Geo.*
Æn. 1.	Quod genus hoc hominum? queve hunc tam barbara morem	
Æn. 1.	Permittit patria? Non sic Ægyptus, & ingens	4. *Geo.*
Geo. 1.	India, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes,	4. *Geo.*

Geo. 4.	Obſervant; Rege incolumi mens omnibus una eſt:	
AEn. 12.	Sic Latium. Incertum ſtudia in contraria vulgus	2. *Æn.*
Æn. 2.	Et magis, atque magis tum nititur, acrius inſtat.	11. *Ecl.*
AEn. 1.	Inſequitur clamorque virûm, ſtridorque furentum.	11. *AEn.*
Geo. 3.	Dum medicas adhibere manus ad vulnera quærit	4. AEn.
Æn. 7.	Succinctus trabea, ira, & inexſaturabile pectus	3. AEn.
AEn. 2.	(Infandum) exuperat magis, ægreſcitque medendo.	12. *AEn.*
	Judæorum clamoribus non valens Pilatus obſiſtere, Chriſtum flagellis adjudicavit, ut ſic rapidos illorum animos placando, ipſum à morte liberaret.	
AEn. 6.	Poſtquam illum variis aſſultibus irritus urget	5. AEn.
AEn. 12.	Eripere auxilio, nec ſpes opis ulla dabatur:	2. *AEn.*
Geo. 3.	Verbera lenta pati, & duris parere miniſtris	2. *Æn.*
AEn. 4.	Ipſe hæc ferre jubet. Celeres, fervore furentes,	10. AEn.
AEn. 1.	Eripiunt ſubito (collectis omnibus una)	2. *Æn.*
AEn. 11.	Tum geminas veſtes. Hominum ſator, atque deorum,	1. *AEn.*
Æn. 12.	Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro	
AEn. 12.	Si quis ebur, tales nudus dabat ore colores;	
Æn. 6.	Sed frons læta parum, & dejecto lumina vultu.	
	Chriſti denudati, columnaque revincti anteriorem partem carnifices, & cohors crudeliſſime flagellant: tum converſi dorſum pariter dilacerant, etiam coſtis apparentibus, & ſanguine uſque ad pavimentum diffluente.	
Æn. 2.	Ædibus in mediis ingenti adnixa columnæ	12. *Æn.*
AEn. 12.	Vinxerat & poſt terga manus Mezentius ardens,	10. *AEn.*
AEn. 8.	Contemptorque deûm, pariterque ſaticulus aſper,	7. *AEn.*
AEn. 7.	Catilluſque, acerque Coras, Athamaſque, Thoaſque,	1. AEn.
AEn. 8.	Quod fieri ille ſinit ſummi Regnator Olympi.	7. AEn.
AEn. 12.	Concurrit legio ultrix accincta flagello,	6. *AEn.*
AEn. 1.	(Quos inter medius venit furor ore cruento)	10. AEn.
Æn. 5.	Nunc dextra ingeminans ictus, nunc illa ſiniſtra,	
Geo. 1.	Ut mulcta in tectis crepitans ſalit horrida grando,	
AEn. 9.	Pectore in adverſo: lavit ater corpora ſanguis.	3. *Geo.*
Æn 8.	Certatim totis in vulnera viribus itur	12. *Æn.*
AEn. 7.	Tum vero ad vocem celeres pars vertere terga:	6. AEn.
AEn. 3.	Socii feriunt (miſerabile viſu)	1. AEn.
AEn. 7.	Omnem; diripiunt coſtas, & viſcera nudant:	1. *AEn.*
Geo. 3.	Vulneribus crebris totus fluit undique rivis	5. *AEn.*
Ecl. 6.	Sanguineis, miſtaque cruor calcatur arena.	11. *AEn.*

Quamvis D. N. 6666. flagellorum ictibus pene foret exanimatus, non tamen immanissimi illi minimum à cædendo cessabant; cum unus constato in se spiritu quæsivit: Numquid interficietis eum sic injudicatum? & statim secuit vincula ejus.

AEn. 10.	Haud tamen audaci cessit in viscera lapsum	7. AEn.
Æn. 7.	Serpentis furiale malum graveolentis Averni	6. AEn.
AEn. 7.	Vipereo generi, magnum Qui piscibus æquor	4. Geo.
Geo. 4.	Et juncto bipedum curru metitur equorum,	
AEn 9.	Exsanguis quamquam in media jam morte tenetur,	2. Æn.
AEn. 3.	Et tandem nodos, & vincula linea rupit	5. AEn.
AEn. 9.	Obnixus, strictoque ferit retinacula ferro,	4. AEn.
Eclo. 3.	Nescio quis. Vidit lacerum crudeliter ora,	6. Æn.
AEn. 6.	Ora, manusque ambas, laniatum corpore toto,	
Æn. 9.	Et super exanimem lethi discrimine parvo.	8. Æn.

Christus pœnis, & sanguine exhaustus, consistere cum non posset, cadens suo purpuratur sanguine, & à tortoribus petitur calcibus.

Æn. 12.	Ingens ad terram duplicato poplite Tortus	5. Æn.
AEn. 5.	Decidit, exanimisque suo se in vulnere versat.	11. Æn.
Æn. 11.	Volvitur ille excussus humi. Renovare dolorem	2. AEn.
AEn. 11.	Hic amor, hoc studium, curæque, iræque coquebant	7. AEn.
AEn. 9.	Durum à stirpe genus. Genuit te cautibus horrens	4. AEn.
AEn. 4.	Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres?	

Ægre erectus ab impiissimis tortoribus spinea corona, chlamide coccinea, sceptroque arundineo affligitur, & irridendus exponitur.

AEn. 3.	Consertum tegmen spinis super utraque quassat	5. AEn.
Æn. 5.	Tempora: tunc vulnus calido rigat ora cerebro,	11. Æn.
AEn. 2.	Squallentem barbam, & concretos sanguine crines,	
AEn. 9.	Purpureus humeris nodo dependet amictus.	6. Æn.
AEn 1.	Præterea sceptrum datur & deformis arundo.	4. Geo.
Æn. 8.	Armati circumsistunt, turmæque feroces	3. Geo.
AEn. 10.	Clamore incendunt cœlum: risuque soluto	2. Geo.
AEn. 7.	Ibant, æquati numero Regemque salutant,	3. AEn.
AEn. 6.	Pulsatusque parens sic densis ictibus Heros.	5. AEn.
AEn. 6.	Talis erat species.	

Taliter deformatum, lancinatumque Pilato inspicienti lacryma obortæ sunt.

	Oculos per singula volvit	8. AEn.
AEn. 5.	Turpia membra recens atro repefacta cruore	9. AEn.
AEn. 10.	Qui fuit Ausonidûm prisco de sanguine magnus;	7. AEn.
AEn. 5.	Nec lacrymis carere genæ pietate: quid ultra?	5. Æn.
Æn. 6.	Vix adeo agnovit hominem.	

Producitur à Pilato Chriſtus ad Populum, qui cum Pontificibus, & Miniſtris clamare cupit: Crucifige, crucifige eum.

Dextraque prehenſum — 2. *Æn.*
Æn. 2. Eductum tectis, unde omnis vertice celſo — 3. Æn.
Æn. 1. Cernere poſſet eum, faciem oſtentabat, & omnem. — 4. *Geo.*
Æn. 2. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente caterva, — 11. *Æn.*
Geo. 4. Neſciaque humanis precibus manſuefcere corda:
Æn. 11. Tum vero immenſus ſublatus ad æthera clamor: — 2. *Æn.*
Geo. 4. Dede neci, & pœnam ſcelerato ex ſanguine ſume; — 11. Æn.
Æn. 9. Inviſum hoc detrude caput ſub Tartara ligno. — 2. *Geo.*

Inſiſtit Pilatus, ut dimittatur Chriſtus.

Æn. 11. Auditis ille hæc placido ſic reddidit ore:
Geo. 1. Hunc odiis ſatis eſt pœnam traxiſſe per omnem: — 5. *Æn.*
Æn. 9. Pœnarum exhauſtum ſatis eſt; advertite mentes. — 5. Æn.
Eclo. 3. Parce ſat jam nimium procedere, tendere contra; — 5. Æn.
Æn. 3. Et placidi ſervare pium: nec veſtra feretur — 7. Æn.
Æn. 7. Fama levis, tantique abolefcet gratia facti.

Reſpondent Judæi Chriſtum debere mori, quia Filium Dei ſe fecit.

Æn. 8. Contra autem magno, & multo clamore ſequuntur: — 9. Æn.
Æn. 2. (Exegit cœcos rabies.) Quaque improbus iſte — 5. Æn.
Æn. 12. Morte luat: manibus hominum periiſſe juvabit — 3. *Æn.*
Æn. 2. Infandum, veteriſque Dei ſe more tenentem. — 7. Æn.

Hoc audito Pilatus magis timuit: Quippe qui, ut Gentilis, veritus eſt, ne Chriſtus Jovis, aut Martis eſſet filius.

Æn. 8. Obſtupuit tanto perculſus nomine Ductor; — *Ibid.*
Æn. 12. Illi membra novus ſolvit formidine torpor:
Æn. 7. Semine ab æthereo, præclara à ſtirpe deorum — 4 *Geo.*
Æn. 7. Hunc, decus egregium, famam qui terminet aſtris, — 1. *Æn.*
Æn. 10. Crediderat; cœloque animum fortaſſe ferebat.
Æn. 12. Id metuens, veteriſque memor cœleſtibus iræ, — *Ibid.*
Eclo. 2. Cum genus antiquum Terræ, Titania pubes, — 6. Æn.
Æn. 6. Fulmine dejecti; tanto magis ille fatigat — *Ibid.*
Æn. 10. Hunc tegere, ut diræ valeat ſubducere morti. — 9. Æn.

Inſuit illis timorem ladendæ Deitatis: poſt hæc vero dicit: Regem veſtrum crucifigam?

Geo. 3. Ardentes mulcens dictis ac talia fatur: — 5. *Æn.*
Æn. 4. O, noſtras audite preces nunc pectore firmo: — 6. *Æn.*
Æn. 6. DISCITE Juſtitiam moniti, & non temnere Divos.
Æn. 12. O cohibete iras: quæſo miſereſcite Regis. — 8. *Æn.*

Reſpon-

Responderunt Pontifices: Non habemus Regem, nisi Cæsarem: & si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.

AEn. 5.	Sed non idcirco flammæ, atque incendia vires	
AEn. 5.	Indomitas posuere; fedet furor impius intus;	1. Æn.
AEn. 4.	Quin etiam invisos vires exercet & inter,	3. Geo.
AEn. 6.	Ergo omnes magno circum clamore fremebant:	
AEn. 6.	Tu regere imperio populos, Romane, memento:	
Geo. 3.	Nos tamen antiqua sub religione tueri.	2. AEn.
AEn. 6.	Regis Romani dictis paremus ovantes:	2. Æn.
Geo 3.	Cæsaris & nomen cunctis dominabitur oris.	3. AEn.
AEn. 6.	Hic rem Romanam, magno turbante tumultu.	
AEn. 4.	Proderet; ac totum sub leges mitteret Orbem.	
AEn. 7.	At trahere, atque moras tantis licet addere rebus?	
AEn. 4.	Cur hæc dicta negat duras demittere in aures,	
Geo. 3.	Cæsaris & vultus non exhorrescit amicos?	8. AEn.

Pilatus timens, ne Cæsarir gratiam amitteret, ablutione manuum coram omnibus Christi innocentiam testificatur, cum crucifigendum tradidit voluntati Judæorum.

AEn. 11.	Cedat amicitiæ? rerumque relinquat habenas?	7. AEn.
Geo. 2.	Difficile. Hæc via sola fuit, qua perdere possent.	10. Æn.
AEn. 3.	FAS OMNE abrumpit regnandi dira cupido.	1. Geo.
AEn. 10.	Nunc manet Insontem gravis exitus; impia namque	5. AEn.
Geo. 1.	Monstra ferunt. Geminæ pestes, cognomine Diræ,	12. AEn.
AEn. 5.	Inclinant, acuuntque merum mortalibus ægris.	12. AEn.
Æn. 12.	Talis in adversos Doctor conterritus ipse	9. AEn.
Geo. 2.	Hic stupet attonitus; gelidus formidine sanguis	3. AEn.
AEn 3.	Diriguit; cecidere animi, nec jam amplius audax,	5. Æn.
Æn. 5.	Oblitus decoris: gemituque hæc addidit alto:	11. Æn.
AEn. 10.	Quod votis optastis, adest; occumbere morti	2. Æn.
AEn. 2.	(Quamquam animus meminisse horret) fine crimine vitam:	4. Æn.
AEn. 1.	At sperare deos memores fandi, atque nefandi.	
Eclo. 7.	Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas,	
AEn. 7.	O miseri, scelerisque tanta est injuria vestri.	3. AEn.
Geo. 2	Quod superest, & me victusque, volensque remitto,	12. Æn.
Æn. 12.	Et Regem vobis; meque his exsolvite curis.	4. AEn.
Æn. 6.	Admonet, & magna testatur voce per omnes,	1. Geo.
AEn 12.	Testaturque deos indigna morte peremptum.	6. AEn.
AEn. 1.	Dant famuli manibus lymphas mundantis aheni:	7. AEn.
AEn. 12.	(Vana superstitio, scelus expendisse merentem,	2. AEn.
Æn. 6.	Sic demum Stygios lucos evadere demens	9. AEn.
AEn. 10.	Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem)	10. AEn.
Æn. 7.	Innocuum & cunctis abluta cade remisit.	9. AEn.

Susce-

Susceperunt milites Jesum, quem chlamyde coccinea nudatum induunt vestimentis ejus, dolore vulnerum renovato.

Æn. 4.	Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo	
Æn. 5.	Et nunc terga Viri nudant: manibusque cruentis	2. AEn.
Æn. 2.	Corripuere sacram effigiem. Tum sanguine largo	12. AEn.
AEn. 12.	Spargitur & tellus: Juveni dolor ossibus ingens,	5. *Æn.*
Æn. 5.	Tum vero exarsit. Notas inducere vestes,	12. AEn.
Æn. 10.	Et tunicam olli, Mater quam neverat alma	8. *Æn.*
Æn. 11.	Ipsa suis quondam manibus, labor omnibus unus.	4. *Geo.*

Interea dum per Ministros, S P Q R. vexillum ad carnificinam offertur, illico à prægestientibus Judæis lignum Crucis (qui turpissimæ mortis supplicio sentium pessimi damnabantur) altum pedes quindecim, latum vero decem, Christo Domino parari curatum est cum reliquis instrumentis ad patibulum necessariis.

Æn. 12.	Hinc totam infelix bacchatur fama per urbem:	4. AEn.
Æn. 2.	Atque hæc exultans successu, animisque videri.	6. *Æn.*
Æn. 8.	Signaque ferre jubent, victorisque arma Quirini,	3. *Geo.*
Æn. 6.	Ausi omnes immane nefas, ausoque potiri:	
Æn. 5.	Turbam inter, fremitumque instant sub tempus, & omnes	3. *Geo.*
Geo. 3.	Impendunt curas duro distendere ligno,	2. *Geo.*
AEn. 8.	Tum Regem, totum qui viribus occupat Orbem.	7. AEn.
Æn 8.	(Tormenti genus hoc justi per secula Reges	12. AEn.
AEn. 9.	Horrendum statuere nefas, quod triste piaret;	2. *Æn.*
Geo. 3.	Nec via mortis erat simplex, infanda per Orbem:	11. *Æn.*
Æn. 2.	Artificis scelus & longa sic morte necabant)	8. AEn.

A Canibus illis Crucem sibi bajulare cogitur Christus: qui fractis jam viribus, præ crutiamentis, exinanitione sanguinis, ac pondere Crucis succumbens, inclementissime tractatur.

Æn. 7.	Una ingens Amiterna cohors fremit ore cruento,	12. *Æn.*
Æn. 12.	Præcipitans humeris nequicquam fortibus aptat	9. AEn.
AEn. 7.	Quadrifidam quercum. Ima dolor delapsus ad ossa.	3. *Geo.*
Geo. 3.	Ad terramque fluit devexo pondere cervix	
Geo. 2.	Illius, ætherios digito qui sustinet orbes;	8. AEn.
Æn. 1.	Tantæ molis erat antiquo robore quercus.	3. *Geo.*
Æn. 2.	Undique collecti invadunt immane frementes	12. AEn.
Æn. 10.	Nunc hi, nunc illi Dejectum cominus ictu:	9. AEn.
AEn. 2.	Sic animis juvenum furor additus illa pulsat.	9. AEn.
Æn. 3.	Heu, quinam tantum potuit perferre dolorem?	9. *Æn.*

PETRI

PETRI ANGELI SPERÆ

DE PASSIONE D. N. JESU CHRISTI

VIRGILIOCENTONIS

Liber Quartus.

Tuba clangente, Jesum Nazarenum Præsidis Pilati sententia mortis Crucis addictum, exitur in Calvariam, locum crucifigendis facinorosis deputatum, magno populorum concursu.

AEn. 7. Æn. 5. AEn. 4. AEn. 7. Æn. 7. Æn. 6. Æn. 11. Eclo. 1. AEn. 9. AEn. 10. AEn. 6. Geo. 4.



Tassica jam cq; senant: dant signum rauca cruentis, 11. AEn.
Nec mota, continuo totaque ex urbe juventus 4. AEn.
Prospiceres arce ex summa, populumq; Patresque *Ibid.*
Pars pedes ire parat campis: pars arduus altis
Pulverulentus equis, & montes insuper altos 11. AEn.
Corripiunt. Clamorque virùm, clangorque tubarum 11. AEn.
It cœlo: pulsati colles clamore resultant. 5. AEn.
Præterea densisque virùm seges horruit hastis, 2. Geo.
Purpurei cristis, cincti fulgentibus armis. 11. AEn.
O dolor atque decus, miro properabat amore 7. AEn.
Ad pœnam pulcra prò libertate suorum, 4. AEn.
Et dulces animas offerre ad sidera cœli. *Ibid.*

Domino nostro iterum in via sub onere Crucis defecto à sanguinariis illis majori cum feritate insultatur.

Geo. 3. AEn. 5. AEn. 11. AEn. 7. AEn. 4. Æn. 12. Æn. 10. AEn. 11.

Injusto sub fasce viam cum carpit, eunti 5. Æn.
Genua labant, fessos quatit æger anhelitus artus: 9. AEn.
Funditur ater ubique cruor; dant vulnera vepres 1. Geo.
Induta capiti: illi instant verbere torto, 3. Geo.
Castigantque moras; cursuque, manuque lacessunt. 7. AEn.
Pondere defecit projectus corpore terræ: 10. AEn.
Tum super abjectum polito pede nixus & hostis 7. AEn.
Urget utrinque latus, dictis affatur amaris. 10. Æn.

Sitientes ignominiosam Christi crucifixionem immisericordes Judæi, Simonem Cyreneum de villa venientem angariaverunt, eam Crucem portare post Jesum.

AEn. 6. AEn. 12.

Ut videre Virum lapsu tellure jacentem, 10. AEn.
Viribus haud ullis artus, moribundaque membra; 6. AEn.

Tum

AEn. 1.	Tum pietate gravem (genitor quem miſerat Arcens	9. *Æn.*
Geo. 4.	Cyrene) pingues horros cui cura colendi,	*Ibid.*
Eclo. 4.	Robuſtus quoque jam qui ſe referebat ab agris,	7. *Æn.*
AEn. 5.	Impellunt. Magna hic ptopius jam urgente catreva	11. *AEn.*
AEn. 2.	Succeditque oneri, atque immani mole ſecutus.	9. *AEn.*
	Sequebatur & turba mulierum piarum, flentes Dominum.	
AEn. 7.	Turbaque miratur matrum lacrymanſque gementſque	11. *AEn.*
Æn. 10.	Ponè ſequens caſum miſerari inſontis amici;	5. *AEn.*
Geo. 3.	Multa gemens ignominiam, plagaſque cruentas.	*Ibid.*
	Illis dixit Dominus: Nolite flere, filia Jeruſalem, ſuper me, ſed ſuper vos ipſas, & ſuper filios veſtros; quoniam ecce venient dies, in quibus, &c.	
AEn. 11.	Compellabat & has triſtes mæſtiſſimus Heros:	2. *AEn.*
Eclo. 3.	Quid prodeſt pro me tantum cepiſſe timorem,	6. *AEn.*
Æn. 3.	Et gemitum ingentem, lacrymaſque effandere inanes?	10. *Æn.*
Geo. 1.	Romanas acies, venturaque deſuper urbi	2. *AEn.*
AEn. 4.	Lamentis, gemituque, & fœmineo ululatu	
AEn. 8.	Expectate: ruet multos dominata per annos,	2. *AEn.*
Æn. 3.	Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis,	
AEn. 2.	Quos illæ tunc ad pœnas ob noſtra repoſcent	
Æn. 10.	Excidia; & culpam hanc miſerorum morte piabunt.	2. *AEn.*
	Tunc una iſtarum, nomine Beronice, divino vultui velum applicuit abſterſura cum ſudore, & ſanguine parier ſordes à Judaïs ingeſtas: quæ re Chriſtus velo illi ſuam impreſſit effigiem.	
Eclo. 6.	Tum vero hic una e multis, quæ maxima natu.	5. *Æn.*
AEn. 3.	O felix una ante alias, miſerata labores,	1. *AEn.*
AEn. 11.	Obſervans oculis (afflata eſt numine quando	6. *Æn.*
AEn. 6.	Jam propiore Dei) cum toto corpore ſudor	9. *AEn.*
AEn. 9.	Flumen agit, feſſo nec reſpirare poteſtas,	*Ibid.*
AEn. 1.	Conſtitit & lacrymans. Animum inflammavit amore,	4. *AEn.*
AEn. 1.	Velum adverſa tulit faciem miſerata; reſeeit	10. *AEn.*
Eclo. 8.	Effigiem, cui parva licet componere magnis,	4. *Geo.*
Æn. 4.	Siſtere aquam fluviis, & vertere ſidera retro.	
AEn. 2.	Infelix ſimulacrum, & nota major imago	*Ibid.*
AEn. 12.	Hanc verſa in faciem (viſu mirabile monſtrum)	10. *Æn.*
AEn. 2.	Veſte ſuper, animum pictura paſcit inani	1. *AEn.*
AEn. 4.	Luminibus tacitis; radiiſque adverſa refulſit	9. *AEn.*
AEn. 3.	Effigies: Illa admirans venerabile donum	6. *AEn.*
AEn. 10.	Prorupit ſe ſe, recipitque ad limina greſſum.	11. *AEn.*
	Et tandem venerunt in Calvaria locum.	
AEn. 6.	Jam tandem horrentes rupes, montemque ſeverum	7. *AEn.*
Æn 1.	Devenere, locos multorumque oſſibus albos,	5. *AEn.*
Æn. 6.	Terribiles viſu: truncique affixa ſuperbis	8. *Æn.*
Geo. 3.	Membra virûm triſti pendebant pallida tabo.	8. *AEn.*
AEn. 7.	Terrorem ingeminant artus, avulſaque membra	9. *AEn.*

Arbo-

Geo. 2. Arboribus positis tetrum dira inter odorem. 3. *Æn.*

Interea quæcunq; Jesus opprobria, & tormenta sustinuit, afflictissimæ Matri Mariæ nunciantur, quæ nimio dolore correpta est.

Æn. 11. Et jam fama volans tanti prænuncia luctus

A*En.* 4. (Fama malum, quo non aliud velocius ullum

Æn. 3. Audimus longe) maternas impulit aures. 4. *Geo.*

Æn. 4. At Regina gravi jamdudum saucià cura,

Eclo. 3. Et nunc indigno Nati concussa dolore, 12. *Æn.*

A*En.* 12. Terquè, quaterque manu pectus percussit honestum,

Æn. 4. Incipit effari, mediaque in voce resistit,

A*En.* 11. Concurrunt trepidæ comites, Dominamque dolentem 4. *Æn.*

Æn. 11. Suscipiunt: resonant late plangoribus ædes. 12. *Æn.*

Quas Matri Virgini vires dolor abstulit, suffecit Amor vehementissimus in Filium, ut ad ipsum videndum gemebunda properaret.

Geo. 3. STARE loco nescit incensum pectus amore. 3. *Æn.*

A*En.* 4. It portis. Non illa viùm, non illa pericli, 9. *Æn.*

A*En.* 9. Telorumque memor: cœlum dehinc questibus implet;

Geo. 4. Qualis populea mærens Philomela sub umbra

Geo. 4. Amissos queritur fœtus ex arbore opaca; 6. *Æn.*

Geo. 1. Necnon & medio sic interfata dolore est: 1. *Æn.*

Æn. 1. Nate, meæ vires, spes, & solatia nostri, 8. *Æn.*

A*En.* 4. Et Matri præreptus amor, mihi dulcior Hybla, 7. *Eclo.*

Æn. 12. Tu requies miseræ, potuisti linquere solam? 9. A*En.*

Geo. 2. Cui super & Genitrix quondam tua dicta relinquor? 2. A*En.*

Æn. 9. Me ne igitur sociam summis adjungere rebus

Æn. 4. Sprevisti moriens? exoptatamque parentem? 2. *Æn.*

A*En.* 12. Quis mihi nunc tot acerba, Deus, tristesque ruinas, 1. *Æn.*

Æn. 1. Sive extrema pati miseræ det munus amanti 4. *Æn.*

Æn. 4. Te propter? quis te nostris complexibus arcet, 5. *Æn.*

Æn. 4. Dulce meum? viviſne, aut ſi lux alma receſſit, 3. *Æn.*

Æn. 10. Quo feror? unde abii? quæ me? ſi veſcitur aura 1. *Æn.*

Æn. 1. Ætheria, nec adhuc crudelibus occubat armis, 2. *Geo.*

Æn. 8. Non ego nunc dulci amplexu divelleret unquam

Geo. 1. Ipſius: poſſem tantos finire dolores; 12. A*En.*

Æn. 4. Idem ambos ferro dolor, atque eadem hora tuliſſet.

Æn. 11. Hæc fatur Virgo interea qua ſemita monſtrat, 1. *Æn.*

Æn. 7. Multa ſuper Nato lacrymans: mœſtuſque per omnes 9. A*En.*

Æn. 9. Ingemitus comites, atque illætabile murmur. 12. *Æn.*

Guttas ſanguinis Chriſti non parvas in via deprehendit, quas una cũ aliis pœnis æterno Patri pro Mũdo redẽptione offert ſacrificio.

Æn. 7. Haud mora, feſtinant, greſſumque in caſtra ferebant. 12. *Æn.*

Geo. 4. Spectabat diverſa locis, ubi plurima fuſo 12. A*En.*

Æn. 12. Sanguine terra madet crudeli funere, Virgo, 3. *Geo.*

Æn. 3. Et terram Nati monſtrantem vulnera cernit. 6. *Æn.*

Æn. 4. Quis tibi tunc, Mater, cernenti talia ſenſus?

Æn. 4.	Quoſve dabas gemitus? magna ter voce vocavit	10. *Æn.*
AEn 2.	Natum: ante ora Patris magnumque ita ad æthera fatur:	10. *Æn.*
Geo. 2.	Tu Pater omnipotens noſtram nunc accipe mentem;	1. *AEn.*
Æn. 3	Accipe & hæc: moveat tantæ pietatis imago;	6. AEn.
AEn. 6.	Infectum eluitur ſcelus. O miſerere laborum	2. *Æn.*
AEn. 2.	Tantorum, miſerere: ea prima piacula ſunto.	6 *AEn.*
AEn. 1.	Nos tua progenies, nos & tua maxima cura:	4. *Geo.*
AEn. 10.	Gnatis parce tuis, Pater, atque hæc omnia firma.	2. *AEn.*
AEn. 4.	Talibus orabat, taleſque miſerrima fletus	
AEn. 8.	Fundebat.	
	Ad Calvariam appropinquat; ubi aſpiciens Filium ſuum jam omnium miſeriarum maximum; miſerrimumque ſpectaculum, tota contremuit, & indoluit.	
	Acclive ſolum colleſque ſupinos	2. *Geo.*
AEn. 5.	Jamque propinquabant: magnoque ululante tumultu	11. *Æn.*
AEn. 9.	Audit equos, audit ſtrepitus, turbamque ſonantem.	6. *AEn.*
AEn. 12.	Jam magis, atque magis ingens fragor æthera complet,	*Ibid.*
AEn. 2.	Clareſcunt ſonitus, armorumque ingruit horror:	
AEn. 2.	Horror ubique. Animos, mentes, & pectora terror	11. *AEn.*
AEn. 4.	Cont.nuo invadit, geliduſque per ima cucurrit	12. AEn.
AEn. 12.	Oſſa tremor, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit.	2. *Æn.*
AEn. 6.	Vicit iter durum pietas: auditque, videtque	4. *Æn.*
Æn. 1.	Præcipue infelix digna, atque indigna relatu.	9. AEn.
AEn. 10.	At vero ut vidit corpus miſerabile Nati,	5. *Eclo.*
AEn. 10.	Corde premit gemitum, ſtetit acri fixa dolore;	7. AEn.
AEn. 4.	Uritur, & tacitum vivit ſub pectore vulnus.	
	Erat hora quaſi ſexta, quando D. N. Jeſum cum irriſione, & vituperio maximo crucifixerunt.	
AEn. 8.	Sol medium cœli conſcenderat igneus orbem:	
AEn 4.	Supplicia hauſurum tela undique ſæva præmebant.	11. AEn.
Æn. 3.	Hoſtilis facies contra, præſenſque minatur	12. AEn.
AEn. 12.	Exitium dirum vaſto cum murmure montis:	1. AEn.
Æn. 12.	Semianimi, lapſoque ſuperveuit, & pede collo	
AEn. 12.	Impreſſo nitentes, ſævo ſic pectore fatur:	*Ibid.*
AEn. 10.	Iſtic nunc metuende jace. Non te optima mater	
AEn. 10.	Condet humi, ſaxis ſuſpenſam hanc aſpice rupem,	8. *AEn.*
AEn. 6.	Acris in campis malo ſuſpendet ab alto	5. *Æn.*
Geo. 1.	Infandum, tumidumque novo præcordia regno.	9. *AEn.*
AEn. 11.	Jam noſces ventoſa ferat cui gloria laudem.	
	Antequam crucifigeretur ſpinea coronâ, & ſuis iterum veſtibus exuitur, recrudeſcentibus cum ineffabili dolore vulneribus.	
AEn. 5.	Pars ſpoliant membrorum artus, magna oſſa, lacertos:	*Ibid.*
AEn. 3.	Vellitur; Huic atro liquuntur ſanguine guttæ.	
AEn. 9.	Diſciſſos nudis laniarent dentibus artus,	6. *Æn.*
Geo. 3.	Auderent validas in viſcera vertere vires:	

Tri-

AEn. 5.	Tristius haud illis monstrum Acheronte sub imo est.	11. AEn.
Geo. 2.	Quid tantum? vos o potius misereſcite venti:	10. AEn.
AEn. 5.	Nudatoſque humeros, nudoque sub ætheris axe,	2. AEn.
AEn. 2.	Vulneraque illa, ab, ne penetrabile frigus adurat.	1. Geo.
Geo. 2.	Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,	
AEn. 6.	Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.	
Æn. 8.	Poſt hinc compactis trabibus (quam eduxerat ipſe	12. Æn.
AEn. 9.	Immanem molem) fatis urgetur acerbis.	11. Æn.
	Dulciſſimus Jeſus amariſſimæ Paſſionis ſuæ voluntarium cruentumque ſacrificium offert Deo Patri, quo ei humanum reconciliet genus.	
AEn 12.	Ille humilis, ſupplexque oculos ad ſidera lætus	2. AEn.
AEn. 2.	Extulit, effuditque preces Rex pectore ab imo:	6. Æn.
AEn. 7.	O Genitor, præſens noſtro ſuccurre labori:	9. AEn.
AEn. 2.	Et me tu tales voluiſti expendere pœnas	10. Æn.
AEn. 1.	Unius ob noxam, cunctam quæ ab origine gentem	3. Geo.
Æn. 12.	Inficit: hoc noſtris aboleri dedecus armis	11. Æn.
AEn. 2.	Accipe nunc: noſtro dirimatur ſanguine bellum.	12. Æn.
AEn. 6.	Huc geminas nunc flecte acies, hanc aſpice mortem;	9. AEn.
AEn. 2.	Aſpice nos: pacem hanc æterno fœdere jungas.	11. AEn.
	Quatuor carnifices, omni humanitate exuti, furibunde manſuetiſſimum Agnum Dei, interrupta oratione, corripuerunt, & extenderunt in Cruce. Primum perforato ſtipiti dexteram ſponte porrectam acuto, longoque clavo configunt, tum ſiniſtram, poſt pedes diſtractis fune interim tanta vi membris, ut quaſi omnes venæ, ejuſque nervi rumperentur, junctura diſſolverentur, omniaque oſſa dinumerari poſſent. Quo facto, rurſus ſpineam coronam divinæ capiti ſæviter impoſuerunt, ſanguine undique decurrente.	
Æn. 3.	Sed vocis, precibus cunctantem, & multa parantem	4. AEn.
Æn. 10.	Dicere, deturbat terræ, truncoque parato	5. Æn.
Æn. 12.	Attulit, admovitque Gyas, quem deinde Cloanthus,	5. AEn.
AEn. 9.	Et preceps animi Tmarus, & Mavortius Hæmon	
AEn. 11.	Conſequitur: ſummis admixus viribus urget	5. AEn.
Æn. 10.	Membra; manuſque ambas jaculis oneravit acutis	
AEn. 5.	Brachia protendens Eheu, quis talia fando	2. AEn.
AEn. 2.	Temperet à lacrymis? miſeros adduxerat artus	3. Geo.
AEn. 12.	Quippe dolor omnis. Telo terebrantur acuto	3. AEn.
AEn. 11.	Atque pedes, quantas oſtentant, aſpice, vires:	6. AEn.
Æn. 9.	Ictibus ingeminant iterum, fragor intonat ingens:	8. AEn.
Geo. 3.	Non ſecus, ac gemit impoſitis incudibus Ætna.	4 Geo.
AEn. 2.	Fit via vi: largusque cruor de ſtipite manat.	5. AEn.
AEn. 2.	(Aſpice namque omnem ſalientem ſanguine venam)	3. Geo.
AEn. 7.	Id vero horrendum, ac viſu mirabile, Fixi	9. AEn.
Geo. 3.	Oſſa minutatim inter ſe vix oſſibus hærent.	3. Ecle.

Geo. 1.	Ter sunt conati imponere tempora circum	8. *Eclo.*
AEn. 8.	Olli tunc dumos; rivus cadit atque cruenta	11. *AEn.*
Æn. 8.	Cæde tepebat humos. Voces ad sidera jactant	5. *Eclo.*
Eclo. 5.	Ipsi lætitia: cœloque educere certant	6. *AEn.*
Geo. 4.	Sic positum in ligno Regem, regumque parentem.	6. *AEn.*
	Erecta Cruce, ex toto Christi fultato, confossoque corpore reliquus sanguis effunditur.	
Geo. 2.	Altius, ac penitus terræ defigitur arbos:	
Geo. 1.	Apparet liquido sublimis in aere Passus,	10. *AEn.*
Eclo. 3.	Et nobis idem torquet qui sidera Mundi,	9. *Æn.*
AEn. 9.	Torquet qui nimbos, & non imitabile fulmen,	6. *AEn.*
AEn. 1.	Imperium, æternumque tenet per secula nomen.	6. *AEn.*
AEn. 4.	Deficit: infixum stridet nunc vulnus acerbum;	11. *AEn.*
Geo. 3.	Rursus abundabat fluidus liquor: omnia rivis	10. *AEn.*
Geo. 2.	Sanguineis inculta rubent, ipsique Lutini.	12. *AEn.*
	Deridebant eum cum pratereuntibus Principes Sacerdotum, Scribæ, Senieres, & milites, & latrones.	
AEn. 9.	Quem circum glomerati hostes, immania monstra,	3. *AEn.*
AEn. 7.	Insultant, tremulisque ululatibus æthera complent:	*Ibid.*
AEn. 7.	Idem omnes simul ardor agit: miseretque, pudetque	9. *AEn.*
Geo. 1.	Nequicquam tanti sceleris pro nu-nine læso;	2. *AEn.*
AEn. 3.	Infandi variisque instigant vocibus aures:	11. *AEn.*
AEn. 9.	En, qui nostra sibi magnis uberrima regna	3. *AEn.*
Geo. 2.	Viribus eniti cœlo descendit ab alto.	8. *Æn.*
AEn. 11.	Invidit fortuna tibi, ne regna capessas:	8. *AEn.*
AEn. 12.	Sunt tibi regna Patris, hominum curare triumphos	1. *Geo.*
Eclo. 8.	Desine: ut ad sedes victor veherere paternas,	11. *AEn.*
Æn. 6.	Remigium alarum posuit densissima silva.	2. *Geo.*
Geo. 4.	Cum properant alii, tum vox horrenda per auras:	9. *AEn.*
AEn. 2.	Eripuit letho socios, à morte reduxit,	4. *AEn.*
Æn. 1.	Non potuisse suamque animam defendere telis?	2. *AEn.*
Æn. 6.	Eripe te his, invicte, malis de robore duro	11. *AEn.*
AEn. 6.	Descendens: facto & moniti meliora sequemur;	3. *AEn.*
AEn. 2.	Tum vero manifesta fides, & credere dignum est;	3. *Geo.*
AEn. 1.	Extemplo nomenque tuum tollemus ad astra.	5. *Eclo.*
Æn. 2.	At non ille, satum quo mentiris, Olympo	6. *Eclo.*
AEn. 11.	Non erit auxilio, placidas Deus obstruit aures.	4. *AEn.*
AEn. 10.	Quot turbata volent rapidis ludibria ventis,	6. *AEn.*
Eclo. 8.	Dicite Pierides: NON omnia possumus omnes.	
AEn. 6.	Heu pietas, heu prisca fides, o sidera cœli;	2. *Geo.*
AEn. 2.	(Horresco referens) miserantem incommoda nostra	8. *Æn.*
Æn. 12.	Mortalin decuit violari vulnere Divum?	
	Clementissimus Dominus sua non oblitus natura miserendi, & parcendi, pro hostibus ipsis æternum orat Patrem.	
Eclo. 1.	Nec tamen interea medios moriturus in hostes	9. *AEn.*

Obli-

AEn. 3.	Oblitus sui est: erroremque hostibus illum	3. *Geo.*
AEn. 3.	Com fletu, precibusque tulit, cum talia reddit:	2. *AEn.*
AEn. 10.	O Pater, o hominum, divumque æterna potestas,	
Æn. 4.	Extremam hanc oro veniam; miserere cruentis:	4 *Geo.*
AEn. 10.	NESCIA mens hominum rebus subdita fecundis	*Ibid.*
Æn. 4.	Sævit inops animi; nostræ hinc injuria cædis.	3. *AEn.*
	Crucifixi sunt eum Jesu duo latrones, unus à dextris, alter à sinistris, quorum unus Christum Deum, & innocentem prædicans, meruit Paradiso, quem petit donari.	
Geo. 1.	Tunc exercentur pœnis, veterumque malorum	6. *Æn.*
AEn. 6.	Supplicia expendunt: alii duo sanguine sacro:	5. *Æn.*
AEn. 9.	Transfossi ligno elati sublime videntur.	3. *AEn.*
AEn. 8.	Quorum de numero qui se se crimine dignum	10. *AEn.*
AEn. 5.	(Haud equidem sine mente reor, sine numine sancto)	8. *AEn.*
Eclo. 3.	Ipse fatebatur, his se cum vocibus offert:	7. *AEn.*
Æn. 1.	Quis te, Nate Dea, per tanta pericula ligno,	9. *AEn.*
Geo. 4.	Haud quaquam ob meritum pœnas expendisse merentem,	2. *AEn.*
AEn. 2.	Confixit? multa vastavit cæde cruentus?	1. *AEn.*
Eclo. 8.	Nunc scio, quis sit; Amor demisit ab æthere summo;	12. *AEn.*
Geo. 1.	Scilicet est illi curæ mortalis egestas:	3. *Geo.*
AEn. 2.	Mortales cœlo tandem miseratus ab alto est.	5. *AEn.*
Eclo. 4.	Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri;	
Eclo. 4.	Irrita perpetua solvent formidine terras.	
Æn. 1.	Ad te confugio, & supplex tua numina posco,	
AEn 6.	Et cape dicta memor veniens regna invia vivis,	*Ibid.*
AEn. 6.	Per Genitorem oro, per spem surgentis ab imis,	2. *Geo.*
AEn. 6.	Da dextram misero, & tecum me tolle per auras.	1. *Eclo.*
AEn. 12.	Dixit; opemque Dei non cassa in vota vocavit.	
Æn. 10.	Cui Rex ætherii breviter sic fatur Olympi:	
Æn. 12.	Do, quod vis, mecum pariter confidere Regnis.	1. *AEn.*
	Matrem, Cruci adstantem, & sibi omnifarie condolentem, solatur, cui pro se Joannē filium assignat, ipsamq; similiter Joanni Matrē.	
AEn. 7.	Nec minus interea visu cognoscere Matrem.	4. *Eclo.*
AEn. 12.	Illum turbat amor, figitque in Virgine vultus,	
AEn. 8.	Hæret inexpletum hæc oculis, hæc pectore toto;	1. *AEn.*
Æn. 2.	Tum sic affari, & curas his demere dictis:	
AEn. 11.	Extrema jam in morte: Neque hoc sine numine lethum:	
Æn. 5.	Promissisque Patris scis ipsa, & scire fateris:	12. *Æn.*
Æn. 12.	Deberi has leges, æternaque fœdera certis,	1. *Geo.*
AEn. 1.	Si genus humanum nimium dilexit amicum.	9. *AEn.*
Eclo. 10.	OMNIA vincit Amor; & nos cedamus Amori.	
Æn. 12.	Ne te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ es:	
AEn. 12.	Victus amore tui; cognato sanguine pro me	*Ibid.*
AEn. 1.	Accipies comitem, & consanguinitate propinquum	2. *Æn.*
Æn. 3.	Ecce tibi, quo non superat mihi charior alter,	12. *Æn.*

Qui

AEn. 11.	Qui cum partiri curas, & poſſis amorem.	4. *AEn.*
Æn. 5.	Et conſanguineo lacrymans commendat eandem	4. *AEn.*
AEn. 9.	Hanc tu, oro, ſolare inopem, & ſuccurre relictæ;	
AEn. 2.	Hunc tu olim Matris ſerva communis amorem.	2. *Æn.*
	Virginis Matris Mariæ luctus.	
AEn. 1.	Ut via vix tandem voci laxata dolore eſt,	
AEn. 12.	Ut primùm fari potuit, ſic ore locuta eſt	1. *AEn.*
Æn. 1.	Cui Mater lacrymis oculos ſuffuſa nitentes:	*Ibid.*
Æn. 5.	Nate, mihi vita, quam extrema per omnia duco,	3. *Æn.*
Æn. 5.	Chare magis, omnis curæ, caſuſque levamen,	3. *Æn.*
Geo. 2.	O decus, ô famæ merito pars maxima noſtræ,	
AEn. 12.	O præſtans animi Juvenis, juſtiſſimus unus,	2. *AEn.*
AEn 2.	Hic pietatis honos? quæ cauſa indigna ſerenos	2. *Æn.*
Æn. 2.	Fœdavit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?	
Æn. 6.	Quas ego per terras, & quanta per æquora cuntem	5. *AEn.*
AEn. 6.	Proſpexi? quantis jactatum, Nate, periclis?	*Ibid.*
AEn. 2.	Præcipue cum jam rex aſper, & improbus ira	9. AEn.
AEn. 2.	Exultat telis, demittit corpora morti,	10. *AEn.*
Geo. 3.	Corpora perque vias ſternuntur inertia paſſim	2. AEn.
AEn. 6.	Infantum, auditæ voces, vagitus, & ingens?	*Ibid.*
AEn. 12.	Hîc tibi mortis erant metæ, pulcherrima proles?	6. AEn.
Æn. 11.	Debita erant noſtræ forſan ſors iſta ſenectæ?	
AEn. 3.	Solamenque mali, nec vitæ gaudia quæro:	11. *AEn.*
Eclo. 10.	Malo pati, nec, Nate, tibi comes ire recuſo:	2. AEn.
Geo. 4.	Conruſos animos, miſeram ſolabere mortem.	10. AEn.
AEn. 2.	Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo?	
AEn. 9.	Te ſupereſſe velim; tua vita dignior ætas.	
AEn. 2.	Hei mihi, qualis eras, quantum mutatus ab illo,	5. Æn.
AEn. 10.	Intulerat qui ſe multis cum millibus Heros	5. AEn.
AEn. 4.	Urbem præclaram: cum cingunt tempora ramis,	10. *Eclo.*
AEn. 7.	Impubeſque manus: reſpondent omnia ſilvæ	
AEn. 5.	Tum plauſu, fremituque virûm, ſtudiiſque faventum?	
AEn. 5.	Et nunc tergo flagris nudant, & ſpicula vertunt,	
AEn. 8.	Huic capiti, & ſpinis ſurgit paliurus acutis:	5. *Eclo.*
Æn. 2.	Sic, o ſic poſitum nec te tua funera Mater	9. *AEn.*
AEn. 9.	Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi	
AEn. 1.	Vix fati extremum miſeræ data copia Matri.	9. AEn.
AEn. 6.	Heu, nimium de te vates ea verba locutus,	8. AEn.
AEn. 3.	Hos mihi prædixit luctus, ſævoſque dolores:	1. *AEn.*
AEn. 11.	Infelix, Nati funus crudele videbis.	
Eclo. 6.	Ah, Virgo infelix, nunc alte uvinus adactum:	10. *Æn.*
AEn 9.	Iſte Dolor cordi capulo tenus abdidit enſem.	2. *Æn.*
Æn. 12.	Sed quid jam miſeræ ſupereſt mihi tempore tali?	11. AEn.
AEn. 11.	Quò vitam moror in tenebris, & Sole cadente?	3. *Geo.*
AEn. 9.	Eſt hic, eſt animus lucis contemptor, & iſtam	

Nec

Æn. 10.	Nec mortem horremus, lethi discrimina parva.	9. AEn.
Æn. 9.	Figite me, si qua est pietas; me absumite ferro,	*Ibid.*
AEn. 10.	STAT sua cuique dies; animamquæ, in vulnere ponam	4. *Geo.*
Geo. 2.	Felicem, pulcramque petam per vulnera mortem.	11. *AEn.*
AEn. 4.	Tantos illa suo rumpebat pectore questus.	
Æn. 5.	Inde alios gemitus ime de pectore ducens	2. AEn.
Geo. 4.	Stat lacrymans, & te morientem nomine clamat,	4. AEn.
AEn. 8.	Optime, quo dicente deûm domus alta sileſcit,	10. *AEn.*
Æn. 5.	Æquatæ spirant auræ, silet arduus æther.	10. *AEn.*
	Et factæ hora sexta, tenebræ factæ sunt super universam terram usque in horam nonam, & obscuratus est Sol.	
AEn. 11.	Tunc etiam horribili visu portenta sequuntur.	
AEn. 6.	Jam medium hætherio cursu trajecerat axem,	
Geo. 1.	Cum caput obscura nitidum ferrugine texit	
Æn. 8.	Prospectum eripiens oculis formosus Apollo.	4. *Eclo.*
Æn. 11.	Conditur in tenebras altum caligine cælum,	
Geo. 1.	Impiaque æternam timuerunt secula noctem.	
	Circa horam nonam Jesus sitiens, spongia aceto plena, & hyssopo circumposita, potatur, cumque gustasset, noluit bibere.	
AEn. 5.	Jamque fere spatio extremo fortissimus Heros	6. AEn.
AEn. 9.	Langueſcit moriens: lasso sed ubi ignea venis	3. *Geo.*
Geo. 3.	Omnibus acta sitis poena, petit ore cruento	10. *AEn.*
Eclo. 5.	Dulcis aquæ saliente sitim extinguere rivo.	
Geo. 2.	Miscueruntque herbas, & non innoxia vina	3. *Geo.*
AEn. 7.	Fœda ministeria: tum rasæ hastilia virgæ	2. *Geo.*
AEn. 6.	Tullunt libatos summo tenus attigit ore	1. *Æn.*
Geo. 2.	Hic latices; rorem late dispergit amarum.	4. *Geo.*
	Sciens Jesus jam omnia consummata clamans voce magna spiritum Patri commendat: & inclinato capite exspiravit.	
AEn. 11.	Tum sic exspirans supern Regnator Olympi.	2. *AEn.*
AEn. 3.	Clamorem immensum tollit, quo protinus omnes	9. *AEn.*
AEn. 1.	Intonuere poli: Hic me, Pater optime, festum	3. *AEn.*
AEn. 3.	Deseris? heu quonam nostri tibi cura recessit?	2. AEn.
Æn. 6.	Tot maria intravi duce te; da tangere portus:	4. AEn.
AEn. 4.	Hæc precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo.	
AEn. 2.	Ergo age, chare Pater, perfectis ordine votis,	3. *AEn.*
AEn. 10.	Te precor, hanc animam serves jam morte sub ægra.	3. *Geo.*
AEn. 9.	Demisitque caput, sicque hic fine quievit.	3. *AEn.*
	Tunc Templum super liminare fractum est, aditeque voces Virtutum ibi præsidum: Transeamus ex his sedibus: velum quoque scissum est à summo ad imum.	
AEn. 8.	Ecce autem subitum, atque oculis mirabile monstrum.	
Æn. 7.	Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis	
AEn. 2.	Limina perrumpit. Magno stridore per auras	1. *Geo.*
AEn. 6.	Continuo audite voces, fugientis imago	10. AEn.

Agmi-

Æn. 12.	Agminis aligeri, Templo poſt deinde relicto.	5. *Æn.*
Æn. 4.	Interiore domus ſummæ, quo ſacra ferebant,	9. *Æn.*
Æn. 7.	Religione ſacra glauco velabat amictu	8. *Æn.*
Æn. 7.	Auro intertexta, & fulgenti murice veſtis,	9. *Æn.*
Geo. 2.	Finditur in ſolidum: detecta apparuit ingens	2. *Æn.*
Æn. 1.	Et domus interior, tremuliſque altaria flammis.	8. *Eclo.*
	Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt.	
Æn. 2.	His aliud majus miſeris, multoque tremendum	
Æn. 2.	Obiicitur magis, ac ſævus circumſtetit horror.	*Ibid.*
Æn. 9.	Dat Tellus gemitum: tremere omnia viſa repente,	3. *Æn.*
Æn. 6.	Sub pedibus mugire ſolum, & juga celſa moveri:	
Geo. 4.	Quin ipſæ ſtupuere domus, atque intima Ditis	7. *Æn.*
Æn. 6.	Spelunca alta, fragor ſtagnis auditus Avernis.	4. *Geo.*
Æn. 8.	Tunc Stygii tremuere lacus, immane barathrum,	*Ibid.*
Æn. 6.	Et centum geminus Briareus, maneſque profundi.	1. *Geo.*
Æn. 7.	Undique diſiectas moles, avulſaque ſaxis	2. *Æn.*
Æn. 2.	Saxa vides: ſcopuli ingentem traxere ruinam.	8. *Æn.*
Æn. 7.	Tu quoque littoribus noſtris, Caieta, dediſti	*Ibid.*
Æn. 8.	Hoc ſignum; abruptus magno mons improbus actu.	12. *Æn.*
Æn. 10.	Turrigeræque urbes concuſſo vertice nutant.	2. *Æn.*
Geo. 3.	Addam urbes Aſiæ, ut radicibus eruta pinus,	5. *Æn.*
Æn. 7.	Multaque præterea diſiectis oppida muris.	8. *Æn.*
Æn. 2.	Panduntur veterumque (vides) monumenta virorum	8. *Æn.*
Eclo. 5.	Interitum monteſque feri, ſilvæque loquuntur,	
Æn. 7.	Succeſſitque gemens pontem indignatus Araxes,	8. *Æn.*
Geo. 4.	Eridanus, Ganges, & pingui flumine Nilus.	9. *Æn.*
Geo. 4.	Fleviſſe, & Gelidas Tempii immaneſque columnas	1. *Æn.*
Geo. 2.	Crediderim; Pœnos etiam ingemuiſſe Leones.	5. *Eclo.*
Æn. 2.	Luctus ubique, pavor, & plurima mortis imago	
Æn. 4.	Terrificant animos, mentes, ſtupefactaque corda;	5. *Æn.*
Æn. 1.	Præſentemque viris intentant omnia mortem.	
	Et omnis turba, viſo terræ motu, & his, quæ fiebant, percutientes pectora ſua revertebantur.	
Æn. 5.	Attonitis hæſere animis, ſuper inſcia turba.	7. *Æn.*
Æn. 11.	Ingentem gemitum tunſis ad ſidera tollunt	
Æn. 4.	Pectoribus pueri, & pavide longo ordine matres,	2. *Æn.*
Æn. 1.	Orantes veniam, & Templum clamore petebant,	
Æn. 3.	Et votis, precibuſque jubent expoſcere pacem.	
	Aderant ibi ſacratiſſimæ Virgo cum ſororibus, Magdalena, Martha, aliſque mulieribus, & notis ejus de longe aſpicientes, condolentes, & orantes.	
Æn. 5.	A procul in ſola ſecretæ parte ſiniſtra	9. *Æn.*
Æn. 6.	Laude pudicitiæ celo capita alta ferentes	3. *Æn.*
Geo. 4.	Ingent animos angusto in pectore ſervant	
Æn. 1.	Suppliciter tuſtes, & tunſæ pectora palmis.	

Cana

AEn. 1.	Casta Fides, quibus, & cælo te laudibus æquem?	11. Æn.
Geo. 3.	Illas ducit Amor deserta per ardua dulcis,	Ibid.
Eclo. 10.	Tela inter media, atque adversos definet hostes.	
Geo. 3.	Quem legere Ducem non ipsa in morte relinquunt;	6. Æn.
Æn. 11.	Et socij amissi, aut versi terga dedere.	9. Æn.
Æn. 3.	Hic Mater, miseræque nurus, hic chara sororum	11. Æn.
Æn. 11.	Pectora mærentum, longum testantur amorem	3. Æn.
AEn. 10.	Flentem Ingentem, atque ingenti cæde recisum,	12. Æn.
Æn. 5.	Auxilioque vocare Deum, sperare salutem.	1. Æn.
	Judæi, quoniam Parasceve erat, ne remanerent in Cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) obtinuerunt à Pilato, ut cruci affixorum crura frangerentur, & tollerentur.	
Æn. 3,	Solemnes tum forte dapes, solennia vota.	5 Eclo.
Æn. 10.	Ipsa, caput populis, Gens dura, atque aspera cultu	5. AEn.
AEn. 9.	Apparat: inter se læti convivia curant;	1. Geo.
AEn. 7.	Crateras læti statuunt, & vina coronant.	
Geo. 1.	Relligio vernit tum corpora luce carentum,	4. Geo.
Æn. 6.	Corpora viva, nefas, teretes circumdare truncos.	Ibid.
AEn. 4.	Nunc eadem labente die, (tot funera passis	1. Æn.
Æn. 11.	Annuit optati quamquam dare tempus humandis	Ibid.
AEn. 8.	Romulides) nec dum antiquum saturata dolorem,	5. Æn.
Æn. 7.	Huc repetit, jussisque ingentibus urget anhelans	10. AEn.
Æn. 9.	Corpora, semineceſque viros absumere letho.	3. Æn.
	Amantissima Mater, prospiciens milites ab urbe venientes, Filioq; nova mala timens, novo dolore, atq; tremore concutitur.	
Æn. 12.	Regina, ut tecti venientes prospicit hostes,	
Æn. 12.	Haud secus instructos ferro, quam si aspera Martis	
AEn. 12.	Pugna vocet, necnon rapido contendere cursu	5. Æn.
Æn. 7.	Sublimes in equis, mentem turbata dolore	12. AEn.
Æn. 5.	Obstupuit visu; non vultus, non color unus,	6. Æn.
Æn. 6.	Non comptæ mansere comæ. Præsaga mali mens	10. AEn.
Æn. 4.	Concipit, aut graviora timet, quam morte, Perempto:	4. Geo.
Æn. 8.	Multaque dura suo tristi cum corde putabar.	
	Venerunt ergo milites, & latronum crura confringunt, eorumque examinata corpora in Valle cadaverum condunt.	
Æn. 1.	Corripuere viam interea celeresque Latini:	11. AEn.
AEn. 12.	Continuo adversis hastilibus horrida myrtus	3. Æn.
Geo. 3.	Altius aggreditur, & mollia crura latronis	12. AEn.
Æn. 11.	Hinc, atque, hinc vaste lethali vulnere rupit.	9. Æn.
Æn. 5.	Creber utraque manu pulsat, qui viribus audax	5. AEn.
Æn. 5.	Nisus, & Euryalus, Mnestheus, acerque Serestus:	9. Æn.
Æn. 3.	Et terram tabo maculant hinc cominus, atque hinc	9. AEn.
Æn. 11.	Confixi, exspirant animas, quos sorte suprema	5. Æn.
Æn. 5.	Corripuere, ruunt, & curva valle recondunt.	2. AEn.

Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis, & aqua.

Æn. 12. Horum unum ad medium, qui fœdera fulmine sancit, *Ibid.*
Eclo. 5. Sub pedibusque videt nubes, & sidera cæli, 2. *Geo.*
Æn. 6. Ut venere, vident spoliarum lumine corpus. 11. *Æn.*
Æn. 3. Eloquar, an sileam? procul, o procul este profani, 6. *Æn.*
Geo. 4. Quis tantus furor en iterum crudelia corda 1. *Æn.*
Æn. 12. Suscitat, & stimulos acres sub pectore vertit? 9. *Æn.*
Æn. 11. NULLUM cum victis certamen, & æthere cassis
Æn. 8. Arduus arma tenens, centeni quemque sequuntur, 9 *Æn.*
Æn. 2. Non tamen abstinuit; certam quatit improbus hastam; 11. *Æn.*
Æn. 9. Irruit, & ferrum adverso sub pectore condit. 12. *Æn.*
Eclo. 8. Crudelis sævam lato dedit ore fenestram 2. *Æn.*
Æn. 12. Lancea, virgineumque alte bibit acta cruorem. 11. *Æn.*
Æn. 2. Intemerata fides, sequitur de vulnere sanguis, 12. *Æn.*
Æn. 10. Una, eademque via sanguis simul unda relabens *Ibid.*
Æn. 3. Cernitur, & rennis fugiens per gramina rivus. 4. *Geo.*

Hoc doloris gladio transfixa omnium cruciatissima Mater, deficiens, à sororibus, & Magdalena sustentatur, & consolatione reficitur.

Geo. 4. Hinc perculsa nova mentem formidine Mater,
Æn. 10. Cum latebras animæ inimicus, & hauserit ensis, 2. *Æn.*
Geo. 3. Deficit, inque humeros cervix collapsa recumbit, 9. *Æn.*
Æn. 10. Sustentant dextra comites Dominanque ruentem. 11. *Æn.*
Geo 1. Verum ubi collectus robur, viresque receptæ, 3. *Geo.*
Æn. 2. (Sufficit ipse Deus animos, viresque secundas) *Ibid.*
Æn. 6. Leniban dictis animum, lacrymasque ciebant.

Inclinata jam die, Josephus ab Arimathea petiit audaster à Pilato corpus Jesu.

Æn. 3. Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.
Æn. 8. Hæc inter magnorum haud unquam indignus avorum, 12. *Æn.*
Æn. 11. Largus opum, magnisque agitans sub legibus ævum, 4. *Geo.*
Æn. 11. Redderet, ac tumulo sineret succedere corpus, 3. *Geo.*
Æn. 5. Rectorem alloquitur mærentem, ac talibus infit: 10. *Æn.*
Æn. 11. O decus Italiæ, magnæ spes altera Romæ, 12. *Æn.*
Æn. 5. Consiliis, & fama ingens, ingenitor armis, 11. *Æn.*
Æn. 11. Egregiusque animi: supplex ad lumina veni; 8. *Æn.*
Æn. 4. Pro re pauca loquar: Vitam cum sanguine fudit, 2. *Æn.*
Geo. 4. Et super arboribus jamdudum in montibus altis 7. *Eclo.*
Æn. 4. Gentis honos, forma insignis, virinque juventa, 5. *Æn.*
Æn. 7. Nobilis, & fama multis memoratus in oris, 2. *Geo.*
Æn. 2. Gloria, quem falsa sub proditione maligni 5. *Æn.*
Æn. 2. Demisere neci, nunc, & tu testis in undis. 12. *Æn.*
Geo. 3. Nec sum animi dubius, Juvenem quantum ipse feroci 1. *Æn.*
Æn. 10. Juvenis auxilium: sint hinc sua præmia laudi.
Geo. 1. Sol quoque signa dedit. Solem quis dicere falsum

Æn. 4.	Audeat affatu? qui ne quid tale videret,	11. *Æn.*
Geo. 1.	(Nec fuit indignum) nocti ſe immiſcuit atræ	4. *Æn.*
Æn. 2.	Involvens umbra magna cælumqua, diemque,	1. *Æn.*
Æn. 10.	Et tremefacta ſolo tellus, mortalia corda	1. *Geo.*
Geo. 1.	Per Gentes humilis ſtravit pavor, ac magis horror.	12. *Æn.*
Geo. 1.	Si te digna manet divini gloria facti,	9. *Æn.*
Æn. 5.	Quod ſupereſt, oro, da, non indebta poſco:	6. *Æn.*
Æn. 2.	Aſpice nos hoc tantum, & ſi pietate meremur,	
Æn. 10.	Quiſquis honos tumuli, quicquid ſolamen humandi eſt	
Æn. 10.	Cordus humo patiare tegi, concede ſepulcro.	*Ibid.*
Geo. 3.	Hęc quoque non cura nobis leviore tuenda:	
Geo. 1.	Fas, & jura ſinunt duri ſolatia caſus;	6. *Æn.*
Æn. 9.	Neu Matri miſerę tanti ſit cauſa doloris.	

Adhuc innocentia Chriſti Domini per ſtudioſus Pilatus benigne Joſepho donavit corpus pretium honorifice ſepeliendum.

Æn. 4.	Talibus orantem jam, haud aſpernanda precantem	11. *Æn.*
Æn. 11.	Proſequitur venia, & verbis hęc inſuper addit,	
Æn. 12.	Cui genus à proavis ingens, clarumque refulget:	8. *Æn.*
Æn. 11.	Oratis? equidem, & vinum concedere mallem	
Æn. 1.	Inſignem pietate Virum: per ſidera teſtor,	3. *Æn.*
Æn. 3.	Per ſuperos, atque hoc cęli ſpirabile lumen,	
Geo. 1.	Jam pridem nobis fama ſuper æthera notum,	1. *Æn.*
Æn. 11.	Jam verò in tectis coram data copia fandi	*Ibid.*
Æn. 4.	Quem ſeſe ore ferens, quam forti pectore, factis!	7. *Æn.*
Æn. 4.	Multa Viri virtus animo, multumque recurſat	
Geo. 1.	Dignus honos, neque enim credo, ſine numine divûm	6. *Æn.*
Æn. 1.	Hunc lætum evverſo juvenem ſuccurrere ſæclo	1. *Geo.*
Æn. 6.	Alma parens partu ſub luminis edidit auras,	7. *Æn.*
Æn. 12.	Quem propter tantos potui perferre labores;	
Æn. 1.	Et caſum Inſontis mecum indignabar: in ipſis	10. *Æn.*
Æn. 10.	Omnia ſunt oculis. Animum, mentemque benignam	1. *Æn.*
Æn. 12.	Suaſi, & pro vita majora audere paratus:	2. *Æn.*
Æn. 7.	Quæ potui infelix, qui memet in omnia verti?	
Geo. 1.	Quippe ubi fas verſum, atque nefas: Hunc ſidere regnis	5. *Æn.*
Æn. 1.	Gens inimica, mihi contraria fata rependes,	*Ibid.*
Æn. 2.	Implevit clamore vias quoque. Sępe furores	5. *Æn.*
Æn. 5.	Compreſſi, & tantam rabiem, nec turba moveri	10. *Æn.*
Æn. 8.	Effera (Dii capiti ipſius, generique reſervent)	
Æn. 10.	Dejecit letho: nec habet victoria laudem.	2. *Æn.*
Æn. 2.	Heu, NIHIL invitis fas quemquam fidere fatis.	1. *Geo.*
Æn. 5.	Nunc quoque mens eadem perſtat mihi: cędę Peremptum	9. *Æn.*
Æn. 6.	His ſaltem accumulem donis. Contentus abito,	5. *Æn.*
Æn. 1.	Ptęmia digna fer, exanimum tibi corpus amici.	6. *Æn.*
Æn. 3.	Vade, age, & Ingentem factis jam conde ſepulcro:	6. *Æn.*
Æn. 7.	Fenere felici ſecum ferat omina mortis.	4. *Æn.*

Joſephus cum Nicodemo, paratis rebus ad Jeſum Chriſtum de Cruce deponendum, & ſepeliendum, in Calvariam pergunt.

Geo. 3. Ergo omni ſtudio curſu petit ardua montis, 8. *AEn.*
AEn. 11. Corpus ubi exanimi poſitum pendebat ab alto. 5. *AEn.*
AEn. 5. Talibus incenſus (rebus jam rite paratis) 4. AEn.
Æn. 6. It comes, & paribus curis veſtigia figit,
AEn. 5. Quem docuit (multaque inſignem reddidit arte)
AEn. 4. Auxilium, adventumque Dei Deus ille Magiſter 5. AEn.
AEn. 11. Ambo animis, ambo inſignes pietate; quid ultra? 3. AEn.
Æn. 9. Fortunati ambo, ſi quid mea carmina poſſunt,
AEn. 9. Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.

De Cruce depoſitum tradunt dolentiſſimæ Matri Filium: quem omnes gementes cum ingenti veneratione, & amore oſculari, & officioſe tangere certatim ſtudent:

Geo. 4. Poſt ubi jam ramis deponunt arboris altæ 7. AEn.
AEn. 1. Exanimum ſocii, multo gemitu, lacrymiſque 10. *AEn.*
Geo 4. Implerunt montes: it triſtis ad æthera clamor, 12. *AEn.*
AEn. 12. Sic omnes amor unus habet: ſolatia luctus 11. *Æn.*
AEn. 11. Exigua ingentis. Hinc, atque hinc Diva lacertis 8. AEn.
Eclo. 3. Jam complexa ſui corpus miſerabile Nati, 5. *Æn.*
AEn 10. (Implevitque ſinum ſanguis, & brachia circum) 2. AEn.
AEn. 10. Membra, manuſque ambas, fletu ſimulfora rigabat, 6. *AEn.*
Æn. 1. Purpureum lævique patens in pectore vulnus, 11. *AEn.*
AEn. 4. Cum gemitu atque atros ſiccabat veſte cruores
AEn. 10. Hoc tamen infelix longumque bibebat amorem. 1. *AEn.*
Æn. 12. Quid conſanguinei, longe pars maxima luctus? 11. AEn.
AEn. 3. Implerunt clamore locum: contingere gaudent 2. AEn.
Æn. 9. Membra Dei; largoque humectant flumine vultum. 1. AEn.

Inhæret Magdalena ſuo more pedibus, ſecus quos famoſa olim vita Jubilæum confecuta eſt.

AEn. 2. Ecce autem complexa pedes, genibuſque volutans, 3. *AEn.*
Æn. 4. Flaventeſque abſciſſa comas, jam pectore toto 9. AEn.
AEn. 5. Prona petit Maria: (Nimirum hæc illa Charybdis, 3. AEn.
Eclo. 7. Candidior cygnis, præſtanti corpore nympha, 1. *AEn.*
Geo. 2. Quæque ſua læte jam tum ditione premebat 7. AEn.
AEn. 1. Littoraque, & latos populos, notiſſima fama, 2. *AEn.*
AEn. 12. Quam quondam incautam dementia cepit amantem, 4. *Geo.*
Geo. 3. Dum faciles animi juvenum, flammæque furentes, 4. *AEn.*
Geo. 3. Et mentem Venus ipſa dedit, ſolvitque pudorem. 4. *AEn.*
AEn. 7. Invocat, & vultum lacrymis, atque ora rigabat, 9 *AEn.*
AEn. 4. Multa gemens, magno quoniam ſpoliata Magiſtro eſt. 5. *Æn.*

Mariæ Matris Virginis mania:

Geo. 4. At Mater ſacuum, & longum miſerata dolorem, 4. AEn.
AEn. 11. Procumbit ſuper, & delibans oſcula fatur 12. *Æn.*
Geo. 4. Illa: Quis, & me (inquit) miſeram, & te perdidit almum? 8. *Eclo.*
AEn. 6. Cui tantum de te licuit, juſtiſſima cura, 10. AEn.

Nate?

AEn. 2.	Nate? quis & ſanctos auſus recludere fontes	2. Geo.
Æn. 3	Sanguinis & ſacri? ſic obrutus undique telis?	10. AEn.
AEn. 6.	Quis tam crudeles optavit ſumere pœnas,	
Eclo. 8.	Commaculare manus, crudelis, ſanguine noſtro?	1. Geo.
AEn. 12.	Sic rigido latus en ſe ferit? ſic tempora pingit	6. Eclo.
Æn. 3.	Sacrati capitis ſilveſtribus horrida dumis?	8. AEn.
AEn. 3.	Ignoti nova forma viri, miſerandaque viſu	12. AEn.
Geo. 3.	Omnibus, & major mortis jam apparet imago.	8. AEn.
AEn. 6.	Funeris, heu, tibi cauſa fui, quo tempore primum	1. Geo.
AEn. 9.	Nocte ſuper media Gentis cunabula noſtræ	3. Æn.
AEn. 9.	Læta dedi, teneris immulgens ubera labris.	11. AEn.
AEn. 4.	Ille dies primus lethi, primuſque malorum.	
AEn. 6.	Hic te durus amor crudeli tabe peredit,	
AEn. 6.	Hic crudelis amor: crudelis tu quoque Mater;	8. Eclo.
AEn. 2.	Vitam exhalantem crudelis vulnere vidi,	Ibid.
AEn. 11.	Contra ego vivendo vici mea fata, ſuperſtes	
AEn. 11.	Reſtarem ut Genitrix: multo cum ſanguine vitam,	7. AEn.
AEn. 11.	Et vellem, & fuerat melius deponere tecum.	3. Eclo.
Æn. 9.	Unum oro Genitrix ſed te ſuper omnia dona;	Ibid.
Eclo. 8.	Talis amor teneat ſimul æquo fœdere amantes,	4. AEn.
AEn. 10.	Et me conſortem Nati decoretque ſepulcro.	9. AEn.
AEn. 3.	Imperat exciſa vitam producere Vita	2. AEn.
AEn. 8.	Felle Dolor: miſeros morſus depaſcitur artus	2. AEn.
AEn. 9.	Iſte Dolor: duri magno ſed amore dolores.	5. AEn.
AEn. 2.	Vos æterni ignes, vos o clariſſima Mundi	1. Geo.
Geo. .	Lumina, labentem cœlo quę ducitis annum,	
Æn. 7.	Voſque (ait) o fidi, animos adhibete, docete,	11. Æn.
AEn 1.	Quę regio in terris noſtri monumenta doloris,	12. AEn.
AEn. 7.	Quę loca, quive habeant homines? par en erit unquam?	8. Eclo.
AEn. 11.	Iſte dies, ni fallor, adeſt, quem ſemper acerbum,	5. AEn.
AEn. 5.	Semper honoratum nullo diſcrimine habebo.	10. Æn.
AEn. 11.	Heu, nimium, Fili, nimium crudele luiſti	
AEn. 11.	Supplicium, hoc melior magno data victima Patri.	12. Æn.
Æn 6.	O Nate, ingentem luctum immenſum inter amorem	5. AEn.
Geo. 1.	Contemplator item; cape dona extrema tuorum.	3. AEn.
AEn. 4.	Si bene quid de te merui, te ſi qua Parentis	10. AEn.
AEn. 12.	Tangere cura poteſt, oro, miſerere gementis.	3. Geo.
Æn. 5.	Amplexus pete, Nate, meos, coramque Parentem	8. AEn.
AEn. 8.	Alloquere, & triſti turbatam vulnere mentis,	11. Æn.
AEn. 2.	O duleis, noſtrumque leves quemcunque laborem;	1. AEn.
AEn. 4.	Quando aliud mihi jam miſerę nihil ipſa reliquit	
AEn. 2.	Labenti pietas, niſi lamentabile regnum.	Ibid.
Geo. 4.	Maries, atque viri, tuque o ſanctiſſime conjux,	11. AEn.
Eclo. 1.	Fortunate ſenex, neque in hunc ſervate dolorem.	11. AEn.
AEn. 7.	Si qua piis animis manet infelicis Amati	10. Æn.
AEn. 7.	Gratia, ſi juris materni cura remordet,	

His

AEn. 2.	His lacrymis tellus, maria undique & undique cœlum,	5. AEn.
AEn. 10.	Cœlicolæ magni, denſis exercitus alis,	1. AEn.
Æn. 2.	[Jampridem inviſi cœlo venere volantes,	6. AEn.
AEn. 11.	Mœrentes tota & paſſim regione vagantur.]	6. Æn.
AEn. 3.	Cœruleis meſti vittis, acrique dolore	11. AEn.
Æn. 11.	Interſint, qui ſupremum comitentur honorem.	Ibid.
AEn. 12.	Hei mihi, quid. Non lingua valet, nec corpore notæ	Ibid.
Æn. 11.	(Deficit ingenti luctu, devicta dolore)	4. AEn.
Æn. 12.	Sufficiunt vires, nec vox, nec verba ſequuntur.	
	Videntes illi Dominum ex nimio planctu defeciſſe, per Joannem orant, ut Filii corpus juſtis de cauſis ſepeliendum concedat.	
AEn. 9.	Hoc flectu concuſſi animi. Et ſi pluta ſuperſint,	
AEn 6.	Sed comes admonuit, dulcique affatus amore eſt	Ibid.
Æn. 1.	Tum ſic Reginam, & multo compellat honore:	3. AEn.
Geo. 2.	Salve magna Parens. Nos fiendo ducimus horas,	6. AEn.
Geo. 3.	Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus;	
AEn. 9.	Nunc adeo melior quoniam pars acta diei eſt,	
AEn. 8.	Nox ruit, & fuſcis tellurem amplectitur alis.	
AEn. 12.	Non lacrymis hoc tempus: (ait) ſatis una, ſuperque	2. Æn.
AEn. 2.	Vidimus excidia, &, quod jam nunc inſtat, agamus.	9. Ecl.
AEn. 9.	Sed periſſe ſemel ſatis eſt. Gnatoque, Patrique	11. Æn.
AEn. 1.	Sic placitum Gentes æterna in fœdera mitti	12. AEn.
AEn. 10.	Sideream in ſedem. Rerum prudentia major	1. Geo.
AEn. 10.	Et mentem ſubeat; ſub divo carpere ſomnos?	3. Geo.
AEn. 7.	Hic domus? hæc patria? & quorum confederis aruis?	4. AEn.
AEn. 5.	Ex quo relliquias, divinique oſſa Parentis	
Æn. 5.	Condamus, unum quod rebus veſtat egenis,	10. Æn.
AEn. 12.	Pro ſe quiſque prius, quam tela inimica ſequantur;	11. AEn.
AEn. 7.	Quod neque fas feſtis cuiquam exercere diebus.	1. Geo.
AEn. 4.	Non illum nobis Genitrix ſanctiſſima, Vates	6. AEn.
Æn. 6.	Præſcia venturi, te reddere poſſe negabis,	3. Ecl.
Ecl. 3.	Quem Pater ipſe ſuo ſuperùm jam ſignat honore.	6. AEn.
AEn. 8.	Tum quoque fas nobis telluris operta ſubire	6. AEn.
Ecl. 5.	Extinctum, metaſque dati qui venit ad ævi.	10. AEn.
AEn. 7.	Solus jam lethum horrificum, morboſque deûm Rex	12. AEn.
Æn. 12.	Impulit, effuditque ſolo, ſua ſub juga miſit;	8. AEn.
AEn. 9.	Confixique ſuis telis, urgente ruina,	11. AEn.
AEn 12.	Et frenum accipere, & victi parere fatentur.	
AEn. 6.	Concretam exemit labem, purumque reliquit	
AEn. 6.	Ætherium ſenſum, atque aurai ſimplicis ignem:	
Geo. 1.	Votaque ſervati ſolvent altaria juxta.	6. Æn.
Æn. 8.	Omnibus in templis; ſunt & ſua dona Parenti;	3. AEn.
AEn. 10.	Namque aliud quid ſit, quod jam implorare queamus?	
Geo. 4.	Et caligantem nigra formidine Mundum	4. Ecl.
Geo. 4.	Ingreſſus, maneſque adiit. In faucibus Orci	6. AEn.
AEn. 2.	Æratas portas, & duros obice poſtes	12. AEn.

Belli-

AEn. 7. Belliferratos rupit, Regemque tremendum, 4. *Geo.*
AEn. 3. Monstrum horrendum, informe, ingens, insigne superbum, 6. *AEn.*
AEn. 6. Horrendum stridens, flammantia lumina torquens, 3. *Geo.*
AEn 6. Os rapidum, torvam faciem, & suralia membra, 7. AEn.
AEn 1. Imperio premit, ac vinclis, & carcere frenat:
Geo. 1. Et conjuratos cœlum rescindere fratres
Geo. 2. Subjecit pedibus, debellavitque superbos. 6. AEn.
Geo. 4. Magnanimum heroum ac animas ille evocat Orco, 4. *AEn.*
AEn. 6. Ruitsus ut incipiant in corpora velle reverti.
Æn. 3. Jamque dies, alterque dies procedet, & inde *Ibid.*
AEn. 6. Victor ager currum; patriis & redditus oris 11. *Æn.*
Æn. 10. Tollet rapta manu diverso ex hoste trophæa: 3. *Geo.*
Æn. 12. IMMORTALIS enim cum multo gloria venit 11. *Æn.*
Æn. 11. Sanguine: Victorem sublimem gloria tollit. 10. *AEn.*
Assentiur, sed non sine maximo dolore lacrymosa Matur Joannis, & aliorum postulationi.
AEn. 7. At juveni oranti, quę virginitatis amorem 11. *Æn.*
AEn. 11. Intemerata colit, oranti, & multa precanti *Ibid.*
Eclo. 8. Pignora chara sui, quę nunc mirabile donum, 1. *AEn.*
AEn. 10. Concessit mœsta, & duris dolor ossibus hęret. 9. *AEn.*
Acceperunt corpus Jesu, quod ablutum, & mistura myrrhæ aloes, aliorumque aromatum conditum, ut moris erat Judæis, linteisque involutum sepeliunt, apposito saxo magno ad ostium monumenti.
Geo. 2. Balsama odorato referunt fudantia ligno, *Ibid.*
AEn. 1. Crateras magnos statuunt, myrrhaque madentes: 12. *Æn.*
AEn. 5. Hoc Juvenem egregium præstanti munere donant:
Eclo. 3. Et cum virginibus socijs, sacraque caterva 11. *Æn.*
AEn. 6. Expediunt, corpusque lavant frigentis, & ungunt
Geo. 3. More Patrum: noto nares contingit odore 7. *AEn.*
Eclo. 3. Et succus primo, mox sese attollit in auras. 4. *AEn.*
Æn. 11. O fortunatę gentes, hęc munera vobis 5. *Æn.*
Eclo. 1. Non equidem invideo, miror magis, undique adoro. 10. *Æn.*
Æn. 9. His amor unus erat Pasti componere membra; 4. *Geo.*
AEn. 6. Conijciuntque super vestes, velamina nota. *Ibid.*
AEn. 7. Illorum pars ingenti subiere pheretro: 6. AEn.
AEn. 11. Funereas rapuere faces atque ordine longo 1. AEn.
AEn. 11. Haud segnes alii, tristia funera ducunt: 4. *Geo.*
AEn. 4. Marmoreo referunt corpusque exsangue sepulcro. 6. AEn.
AEn. 6. Ostia jamque domus (summa nituntur opum vi) 12. AEn.
AEn. 7. Insignis referant ingenti fragimine montis. 9. *AEn.*
Mare Matre auctrice venerantur, & osculamitur omnes sanctum Christi sepulcrum.
AEn. 3. Numina magna loci justi venerantur, & inde,
Æn. 2. Amplexique tenent postes, atque oscula figunt:
AEn. 11. Spargitur, & tellus lacrymis, plangoribus, æther: 4. AEn.

Omnes

Æn.6.	Omnes cęniculę, manibus date lilia plenis,	*Ibid.*
Eclo.2.	Pallentes violas, ferrugineos hyacinthos,	4. *Geo.*
Eclo.2.	Narcissum, & florem, (sint, & vaccinia nigra:	10. *Eclo.*
Eclo.9.	Hic Ver purpureum, varios hic plurima circum	5. *Æn.*
Eclo.9.	Fundat humus flores, meritosque indicat honores.	3. *Æn.*
	Eadem jubente, sanguis effusus, & quotquot haberi potuerunt Dominicæ Passionis instrumenta cum sacris aliis reliquiis, collecta sunt, & decenter servata.	
AEn. 8.	Exin se cuncti divinis rebus ad urbem	
Æn. 8.	Perfectis referunt: rotantia sanguine portant	12. *Æn.*
AEn. 4.	Cuncta Viri monumenta, (jubet Lectissima matrum)	9. *Æn.*
AEn. 9.	Armaque, craterasque simul, pulcrosque cruores,	4 *Æn.*
AEn. 7.	Munera, relliquias; rerum pulcherrima Roma	2. *Geo.*
Eclo.6.	Omnia quę plena supplex veneratur acerra	5. AEn.
AEn. 7.	Nunc, Italę gentes, Morini, Rhenusque bicornis;	8. AEn.
Eclo. 1.	Et quę tanta alias inter caput extulit urbes,	*Ibid.*
AEn. 5.	Jonioque mari multos dominata per annos:	2. AEn.
AEn. 2.	Europa, atque Asia, & locus, est ubi maximus Atlas.	4. AEn.
	Redeuntibus à sepulcro ad urbem salutifera jam Crucis prospectus offertur, quam ipsa Virgo sanctissima primum, alii deinde omnes adorant, & tandem in urbe luctuosissimi considunt.	
Æn. 5.	Hic oculis subito obiicitur venerabile Lignum;	12. AEn.
Æn. 1.	Cum subito manibus supplex orasse supinis	4. AEn.
Æn. 9.	Ipsa Deum fertur Genitrix. Amor omnibus idem	3. *Geo.*
Eclo. 1.	Formosam resonare hanc tanti Numinis aram,	8. AEn.
AEn. 8.	Communemque vocare Deum: veniamque rogantes	11. AEn.
AEn. 4.	Ite iterum in lacrymas, mestas expromere voces.	2. AEn.
Geo. 4.	DULCIS Amor, quid non mortalia pectora cogis?	4. AEn.
Æn. 9.	Illam incendentem luctus, & plura querentem	1. AEn.
Æn. 2.	Deducunt, interque manus sub tecta reponunt:	9. AEn.
AEn. 9.	Stant mesti simul ora, & cassum lumine lugent.	2. AEn.
AEn. 5.	Hac celebrata tenus exhausta pericula terrę	10. AEn.
Æn. 3.	Cęlicolum Regi, summoque in vertice montis	11. AEn.
AEn. 2.	Tum magnum exitium nostrę via prima salutis,	6. AEn.
Eclo. 3.	Jam nos immensum spatiis confecimus equor;	2. *Geo.*
Geo. 4.	Et tandem portus delati intramus amicos.	5. AEn.
Eclo. 5.	Ecce, tibi ad tua templa feram solennia dona	9. AEn.
AEn. 5.	Gratior, & sacra redimitus tempora lauro,	3. AEn.
Æn. 8.	Paciferaque manum foliis ornatus olivę.	3. *Geo.*
Æn. 11.	Summe deûm. Si quid pietas antiqua labores	5. AEn.
Æn. 5.	Respicit humanos, da flammam evadere Vati	11. AEn.
Æn. 7.	Tartaream, colui vestros si semper honores,	12. AEn.
Geo. 1.	Munere sublimemque feres ad sidera cęli.	1. AEn.

FINIS.

2012758